(4)


GENEALOGIA NOBILIVM ROMANORVM DE CAPISVCCHIS

Ex opere inſcripto.

DE VETVSTA ITALICA CHRISTIANA NOBILITATE.

AVCTORE

C. V. FERDINANDO VGHELLO FLORENTINO,
Abbate SS. Vincentij, & Anaſtaſii ad Aquas Saluias Ordinis Ciſterc-ienſis, & Sacræ Indicis Congregationis Conſultore.



ROMAE.

Ex Typographia Ignatij Lazari. M.DC.LIII.

Superiorum permiſſu.

ILLVSTRISSIMO DOMINO
D. FRANCISCO CAPISVCCO.

CAPISVCCHIAE Gentis deſcriptionem, opera Ferdinandi Vghelli Abbatis V. C. per ſtirpium ſeriem, graduſque ſingulos ab elapſis ſæculis adhæc vſque ex integerrimæ fidei monumentis deductam, ac meis Typis in publicum emittendam, cur tibi ſiſtam, Vir Illuſtriſsime, ſatis declarat operis argumentum. Inter maiorum tuorum imagines nulla eſſe debuit non concolor; Veſtibulum enim non minus claro, quam longo gentilitiorum ſtẽmatum ordine ſuperbum, peregrinam ſibi Teſſeram præfigi non ſinebat. Aut igitur nullum illis patrociniũ erat quærendum, aut domeſticum. Quamuis autem ſingularis animi tui modeſtia ab omni oſtẽtationis ſpecie alieniſsima, horum alterum patientius fuiſſet latura, ratio tamen huius operis offerendi tãtum habet honeſtæ neceſsitatis, vt maiorem officij mei, quam moderationis tuæ habendam eſſe mihi rationem duxerim; maximè cum ea, quæ genealogicis hiſce tabulis continentur, ita inter ſe, & cũ veritate conſentiant, vt & cenſoriæ Ariſtarchorum ſeueritati, & inuidorum calumnijs, omnem omninò aditũ præcluſiſſe videãtur. Paucis licet Genealogis hanc confidentiam præſeferre, cũ eorum plerique in familijs recenſendis pulchrũ vero anteponere non dubitent, atque ita dum fabuloſis, aut dubijs principijs innituntur, & ſe, & eos, quos figmentis ornare ſtudent, eruditorum hominum irriſioni

exponunt. De tua verò familia, cuius Genealogia hic proponitur, non nisi certissima, & omnino explorata proferuntur; adeò vt vera, ac solida laude gloriari possis, (quātum ex humanis rebus gloriari licet) te ex prosapia verè Romana, pernobili, àc vetusta esse progenitum. Hæc enim duo, vetustatem scilicet, ac nobilitatem ad integrum familiarum splendorē concurrere necesse est. Quorsū enim auos multos numerare, quos inter nullus aliqua laude conspicuus extiterit? Tuam autem progeniem nobilem esse, & antiquam quis dubitet? Testatur id longus, & non interruptus maiorum ordo, qui militiæ, domique clarissimi, singularem familiæ vestrę splēdorē addiderūt, Testantur cum præcipuis Romanæ nobilitatis familijs illustrissimæ cognationes; Testantur supremi Principes, ac ipsi etiam summi Pontifices, qui maiores vestros làudibus, ac titulis extulerunt. Arripui ergò occasionē diù optatā inscribendi tibi aliquid non ex meo, sed ex tuo deprōptum. Sisto tibi maiores tuos, vt in te vno suas omnium virtutes, & suspiciant, & mirentur. Facerent sanè, si tuæ indolis excelsitatem, animique magnitudinem possent nobiscum intueri: foues enim spiritus, & tua stirpe dignos, & omni fortunæ munere superiores. Accipe igitur solita animi benignitate, munus, quod tibi offero, & patere, æternum hoc meæ erga te obseruantiæ extare monumentum. Romæ die 25, Iunij 1653.

Dominationis tuæ Illustrissimæ;

Humilimus Seruus.
Ignatius Lazari.

GENEALOGIA NOBILIVM ROMANORVM DE CAPISVCCHIS

DE Capisuccorum familiæ Origine, antiquioribus documentis temporum, & hominum iniuria sublatis, certi nil constat. Sunt qui opinentur, illam ex Gothis, & Longobardis traxisse initium, ipsumque gentis cognomentum Gothicum esse nomen populi vsu, & frequentatione corruptum. Certè aureum Balteum Cæruleo in scuto Nobile huius familiæ Stemma, Gothicum esse, & ex Gothis desumptum testatur Franciscus de Petris in sua Neapolitana Historia. Illud ex Vrbanis, quæ superfuerunt, monumentis, omninò exploratum, Capisuccorum familiam quingentis circiter ab hinc annis, nobiles inter, ac patritias in Vrbe floruisse. In Germania verò Comites dictos de Tunn ex hac eadem familia descendisse antiqua traditio est, prout etiam affirmat Gauges de Gozze in tractatù de insignijs gentilitijs,& eodem Stemmate vti compertum habeo. Neapolim quoq; ac in Siciliam aliquos huius familiæ quatuorcentum ab hinc annis ex Vrbe commigrasse, ibique pedem fixisse affirmat Philadelphus Mugnoz in suo genealogico Theatro familiarum Regni Siciliæ; & Scipio Mazzella inter nobiles familias Neapoli extinctas etiam hanc reponit. Ex quibus longè antiquius familiæ huius exordium extitisse proculdubio existimandum est.

Ego familiæ Genealogiam Romæ a longo tempore vsque ad præsens pluribus generationibus deductam, & nulla vnquam

prorſus læſam iniùria ex probatis documentis oſtendam.

1 Angelus Capiſuccus Patritius Romanus de Regione Campitelli. anno 1280.

2 Ex Angelo natus eſt Ioannes Paulus inter Romanos Patritios ſuo tempore valde clarus. Pia liberalitate aliqu a bona Cænobio, & Eccleſiæ S. Gregorij ad Cliuum ſchauri elargitus eſt, vbi moriens humari voluit anno Dom. 1376.

3 Ex Ioanne Paulo nati ſunt.

Iacobellus.

Cincius.

Nuccius.

Paulus.

Cola, ſeu Nicolaus.

4 Iacobellus viuente Patre vnus ex Vrbis Conſeruatoribus renunciatus eſt anno Domini 1375. Ex ipſo autem nati ſunt Petrus.

Et Franciſcus Canonicus Baſilicæ S. Petri.

5 Ex Petro natus eſt Ludouicus, cuius tumulus legitur in Eccleſia S. Mariæ de Campitello ſub his verbis;

Vir nobili progenie natus, Ludouicus Petri de Capiſucchis moribus, & virtutibus decoratus, & vitæ probitatis, de hoc præſenti ſæculo tranſmigrauit ſub anno Domini 1418. menſis Nouembris die 26. ad cuius memoriam Petrus eius filius fieri fecit hoc opus.

6 Ex Ludouico, & Iacoba coniugibus nati ſunt Petrus ſecundus.

Paulina, quæ in matrimonium iuncta eſt Iuliano de Porcarijs Romano Patritio.

Ceccolellla, quæ vxor fuit Petri Margani nobilis, ac præpotentis in Vrbe viri.

Dictus Petrus ſecundus vxorem habuit Lellam Paluziam Albertoniam vetuſtæ Romanæ Nobilitatis fœminam, ex qua ei nati ſunt.

7 Baptiſta, qui coniugem habuit Margaritam Sanctacruciam Pauli Sanctacrucij primarij in Vrbe viri filiam.

Et Lucas, cuius vxor fuit Angelotta de Fuſchis de Berta, Angelotti Cardinalis gentilis.

8 Ex

8 Ex Baptista, & Margarita Sanctacrucia nati sunt Petrus Ludouicus.

Et Sigismunda, quæ duos viros habuit ex primaria Romana Nobilitate. Primus fuit Gaspar Capoccius. Alter Riccardus de Annibaldis de Molaria.

Petrus Ludouicus Capisuccus duas habuit vxores; Prima fuit Lucia Cæsarina inclytæ Nobilitatis fœmina, Gabrielis Cæsarini familiæ Principis, ac Vrbis Confalonerij, & Godinæ Columnæ filia; Iuliani 2. Cæsarini Cardinalis, Andreæ Cæsarini, qui Hieronymam Borgiam vxorem duxit, & Ioannis Georgij, qui duxit Martiam Sfortiam, ex quibus Cæsarini Duces; germana Soror.

Altera Petri Ludouici vxor fuit Liuia Paula Mazzatosta ex antiqua, & nobili familia Romana, quæ modo desijt, progenita, cuius tumulus sic legitur in Ecclesia S. Mariç Maioris,

D. O. M.

Liuiæ Paulæ Mazzatostæ Petri Ludouici Capisucchi Nobili Matronæ singulari in Deiparam pietate, Marcellus Capisuccus filius Matri pientissimæ fecit. Vixit annos 90. diebus quindecim obijt oct. Idus Iunij 1563.

Ex Petro Ludouico, & Lucia Cæsarina nati sunt Brutus, & Aemilius:

Ex eodem vero Petro Ludouico, & Liuia Mazzatosta nati sunt.

Iacobus.

Et Marcellus: Hic fuit vir militaris animi, adfuitque in pluribus bellicis expeditionibus, vxorem habuit Lauiniam Incoronatam ex Bernardino Incoronato, & Cornelia de Comitibus ortam, ex qua ei nati sunt.

10 Marius Catini, & Podij Catini Marchio.

Horatius Basilicæ S. Petri Canonicus.

Camillus Marchio Podij Catini.

Blasius Marchio Monterij fuit etiam ipse filius Marcelli.

Camillus Bellica fortitudine clarissimus, familiæ nomen ob res ab ipso præclarè gestas gloriosius effecit. E militari namque domo progenitus, quantum martialis animi traheret à maioribus suis statim ostendit, cum penè puer, ac sexdecennis ad Corsi-

cum

cum Bellum se contulit, inde ad Vngaricum, mox ad Melitense, exindè ad Belgicum Margarita Austriaca Gubernatrice. Progressus deinde ad Nauale bellum, clarum adeò ibi de se specimen dedit, vt duobus post annis in Tunetana expeditione quadringentis nobilibus in puppi ab Ioanne Austriaco præfectus sit. Quibus initijs, honoribusque ad supremos militiæ gradus sibi viam aperuit. A Gregorio XIII. summo Pontifice omnium S.R.E. peditum generalis Præfectus creatur. Et denuò in Belgio diù sub Parmensi, alijsque Ducibus legionis Italicæ primum Præfectus, ac bellicus consultor, deinde plurium simul legionum Ductor, plurimis, maximisque expeditionibus impositus, strenuè vbique rem gessit. Tandem a Clemente VIII. Pontificij Exercitus in Vngaria Generalis Vicarius creatus, hoc munere ibi egregiè, feliciterque perfunctus, ac expugnata Pappa munita satis Turcarum arce, dum ad Imperatorios militiæ titulos a Rodulfo Cæsare destinatur, importunè præreptus, summo omnium ordinum luctù Comari sexagenarius occubuit. Eius corpus Viennam delatum; & in Ecclesia S: Crucis, vbi eius armatum simulacrum cernitur militarem ferociam, ac prudentiam spirans cum hoc elogio tumulatum.

D. O. M.

Camillo Capisucco Patritio Romano Podij Catini Marchioni, summæ virtutis, & Consilij viro; ab ineunte Aetate per Superiores Romanæ Militiæ ordines ad supremos gradus euecto. In Bello Nauali ad Echinadas Philippi Secundi Hispaniarum Regis Tribuno Militum, Castrorum Præfecto, Copiarum legato, In Belgio, Britannia, Gallia, & Vngharia; Terra, marique rebus strenuè gestis clarissimo; Obijt Comari Contracta ex pontis in Danubio positi rescissi, exercitusque seruati, labore grauissimo, vi morbi, annum agens sexagesimnm; anno 1597. Marius, Horatius, & Blasius fratri amatissimo multis cum lacrymis fieri mandarunt.

Bla-

Blasius Capisuccus Camilli frater, animi celsitudine ac bellica laude etiam ipse præstantissimus; militiam ad Corsicam, ac Melitam insulas adolescens auspicatus est; In Gallia diù contrà Vgonottos militauit; sed præcipuè in Pictauiensi obsidione ob insigne facinus clarior effectus, quo cum Vgonotti ad inuadendam Vrbem flumini pontem iniecissent, ipse aquis immersus crebra inter hostium missilia grandi cultro pontem intercidit, atque aditum ad aggressionem Vrbis subeuntibus interrupit, meritus, vt ob hoc speciali in breui illum Romanus Pontifex Pius V. collaudauerit. Inde ad Nauale bellum progressus, & mox in Belgium; Ibi sub Parmensi Alexandro Lancea riorum equitum Ductor, alijsque præclaris muneribus egregiè perfunctus, cum iussù Philippi secundi Hispaniarum Regis supra quinque millia pedirum ex Italia legisset, & in Belgium duxisset, paulòpost armorum Ciuitatis Auenionen. & Comitatus Venaysini supremus, ac Generalis Gubernator cum trecentorum aureorum in singulos menses reditu creatur, ac vniuersæ dicti Comitatus militię cum imperio præficitur à Clemente VIII. Summo Pontifice, die 13. Sept. 1594. cuius verba in breui tunc expedito libet hìc apponere.

„Dilecto filio Blasio Capisucco nobili Romano armorum
„Ciuit. Auenionen. & Comitatus Venaysini Gubernatori Ge-
„nerali. Clemens Papa VIII.
„Cum de rei militaris Ciuitatis Auenionen. & Comitatus no-
„strorum Venaysini cura, & gubernio strenuo alicui, & præ-
„stanti viro committendo hoc tempore cogitaremus: Tù no-
„bis occurristi, qui rei militaris peritia, ac bellicæ fortitudinis
„laude, simulque generis Nobilitate, ac singulari in primis
„erga nos, & Apostolicam Sedem, fide, ac obseruantia præ-
„stas &c:

Idem habet Paulus V. in breui ad idem expèdito 27. Iunij 1605. his verbis,

Di-

, Dilecto filio Blasio Capisucco Marchioni Podii Catini Do-
, micello Romano, armorum Ciuitatis Auenionen. & Co-
, mitatus Venaysini Gubernatori Generali. Paulus Papa. V.
, Cum personam tuam rerum militarium Ciuitatis Auenio-
, nen. & Comitatus nostrorum Venaysini cura, & gubernio
, tibi à felicis record. Clemente Papa VIII. nostro prædeces-
, sore demandatis, & pluries prorogatis, strenuè, & laudabili-
, ter functam esse, teque rei militaris peritia, ac bellicæ forti-
, tudinis laude, simulque generis Nobilitate, ac singulari in
, primis erga nos, & Apostolicam Sedem fide, & obser-
, uantia præditum esse acceperimus, curam, & gubernium
, huiusmodi tibi denuò committere decreuimus &c.

Destinatus mox fuit Blasius Armorum Generalis Gubernator prò Veneta Republica in Regno Cretensi: eumdemque postea Ferdinandus primus Magnus Dux Etruriæ donauit Monterio agri Senensis oppido, Marchionemque dixit his verbis inter alia, in suo priuilegio, quo illum Marchionem instituit, vtens:

, Quia Admodum Illustris D. Blasii Capisucchi Domicelli Ro-
, mani Marchionis Podii Catini personam tum ob generis
, Nobilitatem, & inclytæ familiæ suæ nobis, & prædecessori-
, bus nostris addictæ, & rei militaris insignem peritiam, &
, fortitudinem, tum etiam ob illius erga nos, & res nostras
, animi propensionem, & promptam deuotionem multis ar-
, gumentis comprobatam, eiusque merita semper plurimi
, fecimus, & singulari cum beneuolentia prosequimur, non
, potuimus diutius nos continere; quin aliquod specimen
, tanti nostri in eum amoris præberemus, idcirco &c.

Cum autem Cosmus secundus etiam Magnus Dux Etruriæ auxiliares copias Ferdinando Mantuæ Duci mitteret anno 1613. sub Francisco Principe eius fratre, Blasius à Cosmo delectus est, qui dictis copijs præesset, Franciscumque Principem moderaretur, tanta cum auctoritate, vt Princeps Blasij Consilia in primis audire, ac sequi iussus sit. Equitatus deinde Etrusci generalis Præfectus ab eodem Cosmo Magno Duce creatus, hoc munere diù perfunctus obiit Florentiæ magno in honore semper habitus ab illis Serenissimis Principibus.

11 Ma-

11 Marius Capifuccus alter Marcelli filius vxorem habuit Ortentiam Capranicam Angeli Capranici, & Martiæ de Bubalo Nobilium parentum filiam, ex qua ei nati sunt,

Ludouicus, qui cum in Belgio sub Alexandro Farnesio Duce honorificis militiæ muneribus fungi cœpisset, vigesimo ætatis anno, relicto maximo spectatæ iam virtutis desiderio, extinctus est.

Marcellus secundus.

Paulus Catini, Podij Catini, & Monterij Marchio, ac Terræ nuncupatæ Fossacæca Baro.

Robertus S. Nicolai de Tulpha Abbas.

Lauinia, quæ primò nupsit Cornelio Clementino Domicello Vrbeuetano, & deinde Simoni Capifucco.

Cynthia.
Iacinta. Moniales.

Paulus Capifuccus Marchio duas habuit vxores. Prima fuit Olimpia Mattæia Mutii Matthæij, conspicuę Nobilitatis viri filia; ex qua nullum suscepit liberum: Altera fuit Ortentia Mariscotta, genere, forma, ac virtutibus insignis, Marci Antonii Mariscotti, Iulianelli, Parranique Comitis, & Octauię Vrsinę ex Vicino Vrsino Mugnani, Polymartii, aliorumque castrorum Dynasta, & Iulia Farnesia ex Ducibus Lateræ Nobilissimis parentibus genitæ, filia, ex qua Paulo nati sunt:

12. Camillus, qui obiit viuente Patre.

Franciscus viuens.

Blasius Camillus Dominicanus dictus postea Camillus, & in Religione Raimundus, ad præsens secretarius Sacræ Congregationis Indicis ex delectu Innocentii X. Summi Pontif.

Dorothea.

Maria Victoria.

Martia.

Cecilia.
Agnes. Moniales.
Paula.

Ex

EX Bruto, & Aemilio Petri Ludouici Capifucchi, & Luciæ Cæsarinæ filiis, alii nati sunt.

Brutus vxorem habuit Sigismundam Tebaldam Marci Tebaldi, & Lauræ de Valle filiam, Iacobi Tebaldi Cardinalis proneptem, ac Simonis strenuissimi illius copiarum Ductoris ab omnibus historicis celebrati, qui vulgò dictus est Simon Romanus, sororem, & hęredem; Cuius etiam aliæ sorores nobilia inierunt connubia; nam Diana Tebalda altera Simonis, & Sigismundæ Soror tradita est Dom inis de Capiteferreo, & Iulia Tebalda nupsit Petro Astaldo, ex quo Camillus, & Hieronymus Astaldi.

Ex Bruto Capifucco, & Sigismunda Tebalda nati sunt.

Papirius, cuius vxor fuit Sulpitia Gotifreda, ex qua nullum suscepit filium.

Petrus Ludouicus 2. militum Ductor sub Oratio Farnesio Castrensi Duce.

Sicinius.

Publius.

Lutius.

Simon, cuius vxor fuit Nobilis D. Eleonora de Cottesiis, ex qua nullus ei filius natus est.

Baptistà, quæ nupsit Siluestro Baldescho nobili Perusino,

Lucretia, quæ in matrimonium iuncta est Cæsari Tomarozio Romano Patritio.

Artimitia.
Lucia. } Moniales.

Papirius Capifuccus militari gloria satis clarus sub Carolo V. Imperatore meruit in Germania; & in bello Campaniæ Pauli quarti Pontificatù pro Romana Ecclesia egregiè se gessit, & ab eodem Pontifice S. R. E. militum generalis Instructor creatus, Romæ obiit 26. Iulii 1565.

Sicinius vxorem habuit Faustinam de Magdalenis nobilem Romanam, ex qua ei nati sunt.

Sigismunda monialis.

Simon secundus.

Et

Et Brutus. Vterque militiæ operam dedit in Belgio ſub Alexandro Farneſio Parmæ, & Placentiæ Duce. Præcipuè Simon pedeſtrium militum ductor fuit ſub eodem Alexandro, deinde, inſtructor legionis Italicæ in exercitu ad Ferrarienſem expeditionem parato à Clemente Octauo Summo Pontifice, & nouiſſimè ſub Vrbano Octauo Armorum Præfectus in Prouincia Campaniæ; vxorem habuit Lauiniam Capiſuccam Marii filiam, ex qua ei nati ſunt.

Papirius ſecundus:

Sicinius ſecundus.

Et Cynthia, quæ nupſit Romano Principi Camillo de Comitibus, Carpineti, Gauignani, Montis Lanici, aliorumque Caſtrorum Duci.

EX Aemilio altero Petri Ludouici Capiſucchi filio,& Cynthia de Beccaluua ex priſca nobilitate fœmina, nati ſunt. Innocentius, dictus vulgariter Cincius.

Antimus, cuius vxor fuit Vincentia Butia ex nobili familia Romana iam extincta progenita.

Et Virginia.

De Cincio plura eſſent dicenda; apponam quæ de illius præclarè geſtis enunciat Iacobus Screnchius in libro Oeniponti impreſſo,cuius titulus eſt, Auguſtiſſimorum Imperatorum,Regum, Principum, Nobilium &c. veriſsimæ Imagines, & res geſtæ &c. Hic igitur de Cincio Capiſucco, cuius armatam exhibet effigiem ſic habet.

„Cincius Capiſucchius Romanus,Aemilij filius, Petri Ludoui„ci Nepos, anno ſalutis milleſimo quingenteſimo vigeſimo „quinto partu editus; pubeſcente iuuenta cum auxiliaribus „copijs à Paulo tertio Summo Pontifice ad Carolum quin„tum Imperatorem in Germaniam miſſis ſtrenuam operam „nauauit; quo bello confecto inimicitiæ ei interceſſerunt „cum quodam Iulio Biſcialara Viterbienſi peditum Duce; „ſingulari certamini dies indictus, hoſte pugnam detrectante „victor iudicatur; ſed Biſcialara dedecore motus coniurato„rum manu Cincium aggreditur, à quo tamen interfectus eſt, „ſicarijs partim ſaucijs, ac fuſis, partim in carcerem coniectis. „Pauli quarti Pontificatu peditum Præfectus decernitur in Bel„lo Cāpaniæ,quod munus etiam ſuſtinebat Flaminius à Caſa „nobilis Florentinus; orto inter ipſos diſſidio, ac libellis hic „inde acceptis ad ſingulare certamen deuentum eſt. Hoſtis „armorum electionem ſortitus, Cincius in dextero latere cœ„ſus, aduerſarium multis confodit vulneribus in arena extin„ctum relinquens, victoria potitus eſt. Poſtea Pius quartus „Pontifex eum cuſtodiæ addixit, ſed Cincius lictorum co-

natus

, natus in eo appræhendendo animosè repulit, itaut omnium
, admiratione incolumis euaserit; quod tamen factum Pontifex, quia Cincius fortiter se gessisset, non ægrè tulit; imò
, ex virtute egregij viri allectus, eum in Picentes ad seditiones
, sedandas misit, quibus præsertim Asculani ardebant, quorum Vrbem perduelles pænè exciderant, eò profectus Cincius administrationem suscepit, milites conscripsit, & paucis mensibus Prouinciam pacatam reddidit. Quare Pontifex eum S. R. E. Castrorum perpetuum Præfectum creauit.
, Cum verò Pius quintus Pontifex bello post hominum memoriam grauissimo cum fœderatis Turcas ad Echinadas cecidisset, inibi eodem magistratù functus est. Gregorio XIII.
, Pontificatum capessente idem munus obijt; cuius infracti animi fortitudinem, præaltum ingenium graui temperantia
, temperatum laudauerunt omnes; excessit è vita XIII. calend.
, Augusti anno 1575. annum agens quinquagesimum.

Pius quartus in breui, quo Cincium Magistrum Campi Generalem totius Status Ecclesiastici instituit, sic habet.

, Dilecto filio Cincio Capisucco Battagliarum Almæ Vrbis
, nostræ, & status Ecclesiastici, ac peditum Italorum Campi
, Magistro Generali Pius Papa quartus. Sperantes, quod tu
, pro tua fide, strenui animi virtute, atque erga nos, & S.
, Rom. Ecclesiam deuotione, ea, quæ tibi comiserimus,
, iux ta nostræ voluntatis desiderium, rectè, prudenter, ac dili-
, genter exequeris; Te in Campi Magistrum Generalem Batta-
, gliarum Almæ Vrbis nostræ, & status Ecclesiastici, ac pedi-
, tum Italorum Nostrorum, ad Nostrum, & sedis Apostolicæ
, beneplacitum, facimus, creamus &c. Datum Romæ sub
, anulo Piscatoris die 3. Maij 1563. Idem habet Gregorius XIII.
, in alio breui expedito die 20. Maij 1573. Confirmans Cin-
, cium in dicto munere Magistri Campi Generalis.

De eodem Cincio extant litteræ patentes Marci Antonij Columnæ, quibus illum Præfectum Generalem instituit in bello Nauali, quarum tenorem ad perennem tanti viri memoriam libet hic de verbo ad verbum referre.

Ha-

„ Hauendo il Signor Cencio Capiſucco Maſtro di Campo Ge-
„ nerale delle Battaglie della Città di Roma, e dello Stato Ec-
„ cleſiaſtico, come appariſce per motu proprio, è breue della
„ fel. mem. di Pio quarto conceſſoli; ſempre eſercitato detto
„ Offitio con molta prudenza, fede, è valore, è maſſime
„ l'anno 1570.nella ſpeditione della lega contro Turchi. Per-
„ ciò ſtante detti motu proprio, è breue, è ſaggio, che diede
„ di ſe nella ſopradetta impreſa, & in ogni altro tempo; è
„ deſiderandoli noi per tutti li ſopradetti reſpetti, queſto, &
„ ogni altro honore, è riputatione, n'è parſo conueniente di-
„ chiarare, come con la preſente dichiariamo, che il preſente
„ anno, è nella preſente ſpeditione della detta lega, habbia
„ dà eſercitare, è continuare il detto ſuo Offitio di Maſtro di
„ Campo con tutti i ſuoi Carichi, & priuilegij, & emolu-
„ menti, ſecondo più largamente ſi contiene ne i detti motu
„ proprio, è breue; & altri ſoliti concederſi in tale Offitio,
„ ordinando à qualſiuoglia, & Colonelli, Capitani, Luogo-
„ tenenti, Alfieri, Sargenti, & altri Offitiali, è ſoldati noſtri,
„ che riconoſcendolo per Maſtro di Campo come di ſopra,
„ l'obbediſchino, & aſſiſtino nel detto ſuo Offitio, come la per-
„ ſona noſtra propria, per quanto ſtimano la gratia, & il ſerui-
„ tio di N. S. &c. data in Roma li 27. d'Aprile 1572.
Marco Antonio Colonna Duca di Paliano &c.

Cincius vxorem habuit Nobilem Dominam Tarquiniam Sanctoriam de Lenis, Phatij Sanctorij Cardinalis gentilem, ex qua ei nati ſunt.

Lelius.

Antimus ſecundus.

Tarquinius.

Aemilius.

Lucretia, quæ in matrimonium tradita eſt D. Franciſco Laudato Domicello Caietano, ex quo Andreas Laudatus Marzanij Dux, Auguſtini Ducis, & f. Caroli Laudati Equitis Hieroſolimytani Pater.

Aemilius vxorem habuit Lucretiam Creſcentiam ſpectatæ, nobilitatis fœminam, Octauij filiam, & Marcelli Cardinalis Creſcentij ex eodem Octauio fratre neptem, quæ prius nupſerat Scipioni Frangipano; Eiuſdem verò Lucretiæ Soror fuit Pru-

dentia

dentia Crescentia, quæ nupsit Tiberio Astaldo Romano Patritio, ex quo Fuluius Astaldus, Tiberij Marchionis Astaldi viuentis Pater.

Ex Aemilio, & Lucretia Crescentia nati sunt.

Cincius.

Olympia.

Cynthia. }
Ortentia. } Moniales.

Virginia.

Aurora.

Tarquinius Capisuccus bellicam Patris Laudem æmulatus, adolescens militiæ nomen dedit. Diù in Belgio sub Parmensi Duce præclaris muneribus perfunctus, egregij Ducis partes explicuit. Vrbanus Octauus Summus Pontifex in Breui, quo Tarquinium Magistrum Campi Generalem militum Status Ecclesiastici instituit, sic habet.

, Dilecto filio Tarquinio Capisucco Militum Status nostri Ecclesiastici Campi Magistro Generali.

, Vrbanus Papa Octauus.

, Cùm De Status nostri Ecclesiastici idoneo Campi Magistro , Generali prouidendum censuerimus, te præ cæteris munus , huiusmodi ex animi nostri sententia obire posse existimauimus, qui sicut accepimus rem militarem diù multa cum laude tractasti, & sub bon.mem. Alexandro Parmæ, & Placentiæ Duce, alijsque, multos annos, strenuè, ac præclarè in , Belgio militasti, pluribusque præcipuis militaribus muneribus , egregiè perfunctus fuisti &c. Te igitur sub dilecto filio nobili viro Carolo Barberino nostro secundum carnem germano , fratre militiarum S. R. E. Gubernatore Generali Campi Magistrum Generalem Status Ecclesiastici prædicti cum auctoritate, facultate, honoribus, oneribus, prærogatiuis, & antelatiuis, quibus similes Campi Magistri Generales, vti, frui, , & gaudere solent, declaramus &c. Datum Romæ sub anulo , Piscatoris die 20. Febr. 1624. Obijt Tarquinius Anconæ, vbi , militari pompa funus eius curatum est. Orationem funebrem de eius laudibus habuit Magister Adrianus de Genua , Ord. Prædicatorum, corpus in Ecclesia sancti Dominici, vbi , hoc elogium legitur, tumulatum.

D Tar-


D. O. M.

Tarquinius Capisuccus Nobilis Romanus, qui nunquam pro fide Catholica tutanda quieuit; Hic tandem S. R. E. militum Generalis Præfectus corpore, spiritu verò Cœlo quiescit.

Ex Tarquinio nati sunt.

Papirius.

Et Tarquinia, quæ nupsit Annibali Comiti de Sommalia nobilissimo Mediolanensi, qui de Tarquinia suscepit Papiriam, quæ nupsit Comiti Carolo Anguisciolæ.



Ex

EX Cincio Ioannis Pauli, q. Angeli Capiſucchi altero filio, qui ob errorem ab aliquibus legitur, & ſcribitur Ciucc ius, nati ſunt.

3 Gregorius.

Onuphrius.

Lellus.

Ex Gregorio duæ tantum filiæ; Vannozia, quæ nupſit Baptiſtæ de Archionibus; & Ludouica, quæ in matrimonium iuncta eſt Lucæ Palutio Albertonio; nobilibus Romanis.

Ex Onuphrio Paulus, & Laurentius, cuius vxor nobilis D. Bartolomæa, ex qua ei nata eſt Gregoria, quæ nupſit Antonio Palutio Albertonio; & eius tumulus ſic legitur in Eccleſia S. Mariæ de Campitello.

, Gregoriæ de Capozucchis, honeſtiſſimæ, & generoſæ Roma-
, næ, Antonius Albertonus ſuæ præcariſſimæ vxori egregiè
, merenti poſuit. Vixit annos 16. obiit anno 1463. omni-
, bus cara.

4 Ex Lello, cuius vxor D. Andreozia nati ſunt.

Antonius ſecundus, cuius vxor D. Adriana.

Chriſtophorus, cuius vxor Anaſtaſia de Porcariis vetuſtæ nobilitatis fœmina.

Anaſtaſia, quæ nupſit Euangeliſtæ de Bondiis, & Gentileſca, quæ nupſit Dominico de Palonibus, Romanis Patritiis.

5 Ex Antonio, & Adriana nati ſunt Cincius, ſeù Cinthius Ioannes Paulus, qui aliquando dicitur tantum Cincius, cuius vxor fuit nobilis D. Hieronyma de Lenis.

Caterina.

Palozia, quæ nupſit Hieronymo de Alterijs Romano Patritio ex quibus Domini de Alterijs, & Ioannes Baptiſta Alterius S.R.E Cardinalis Epiſcopus Tudertinus.

6 Ex Cincio Ioanne Paulo, & Hieronyma de Lenis nati ſunt.

Antonius Canonicus Baſilicæ S. Mariæ Maioris.

Lucidus.

Chriſtophorus ſecundus, cuius vxor D. Lauinia.

Do-

Dominicus.
Iulianus.
Paulus Episcopus Neocastr.
Sebastianus.
Ioannes Baptista.
Euangelista.
Bernardinus.
Stephanus.
Paulina.

Ex his, Paulus familiam summopere illustrauit. Natus est anno Domini 1479. Vir litterarum scientia, vitæ integritate, omniumque virtutum cumulo planè mirabilis; Vaticanæ primum Basilicæ Canonicus fuit, deinde Romanæ Rotæ Auditor, ac Decanus, Signaturæ gratiæ Præfectus, Episcopus Neocastrensis, Quatuor Summorum Pontificum, Leonis X. Adriani VI. Clementis VII. ac Pauli III. Vicarius generalis: prò quibus etiam variis legationibus functus est. Cum Henricus Octauus Angliæ Rex Caterinam Austriacam legitimam vxorem repediaturus esset, ac Regina ad Romanum Pontificem Clementem VII. appellasset, Pontifex causam hanc totam Paulo Capisucco tunc Rotæ Auditori cognoscendam, ipsique demum Pontifici referendam, & explicandam commisit. Carolum V. Imperatorem Romam aduenientem Pauli III. Pontificis nomine Paulus Capisuccus extra Vrbem excepit; multisque aliis honoribus functus est; Obiit Romæ octauo Idus Augusti 1539. magno omnium luctù funus eius curatum est: & corpus ipsius inductum in Basilicam liberianam, vbi in D. Francisci antiquo Capisuccorum familiæ sacello, cum hoc elogio à Ioanne Antonio Cardinali Capisucco nepote apposito, conditum est.

D. O. M.

Paulo Capisucco Episcopo Neocastrensi, Vicario Papæ, Rotæ Auditori, subsignandisque gratiæ rescriptis præposito; pluribus legationibus functo, Io. Antonius Cardinalis S. Pancratii Patruo benemerenti posuit. Obiit annum agens 60. Oct. Idus Augusti 1539.

7 Ex

7 Ex Christophoro secundo & Lauinia nati sunt.

Ioannes Paulus.

Ioannes Antonius Cardinalis.

Lelius, cuius vxor fuit Tarquinia de Capiteferreo ex nobili Romana familia nata, Hieronymi de Capiteferreo Cardinalis gentilis.

Iulius.

Dominicus.

Laura.

Ex his Ioannes Antonius purpura familiam decorauit; primò, fuerat Basilicæ S. Petri Canonicus; deinde Romanæ Rotæ Auditor; mox à Paulo IV. summo Pontifice Presbiter Cardinalis renunciatus ad titulum S.Pancratij anno 1557.eodemque anno die 5. Iulij,Laudensis suffectus Episcopus, titulo deinde S. Crucis in Hierusalem, sanctique Clementis insignitus, in ipso honorum cursù quinquagesimum quartum vix attingens annum Romæ occubuit anno 1569. & funebri pompa in Ecclesia S.Clementis postremo Cardinalatus sui titulo, vbi sequens elogium legitur, eius corpus tumulatum.

D. O. M.

Ioanni Antonio Capisucco tit. S. Clementis Presbytero Cardinali,Episcopo Laudensi; à Pio V. subsignandis gratiæ rescriptis præposito, viro integerrimo, pietatis, religionisque Christianæ cultori præcipuo; Hieronymus Capisuccus Patruo benemerenti posuit; vixit annos 53. dies 8. obijt 9. Calendas Febr. 1569.

Laura Capisucca nupsit Laurentio Ghisio ex clara, & vetusta familia Senensi progenito, & filio Magni illius Augustini Ghisij Portus Herculis Domini, ac Senatoris Vrbis, qui etiam apud Pontifices, ac Reges summo in honore, ac existimatione fuit. Cuius quoque filiæ,et prædictì Laurentij sorores fuerunt Margarita & Camilla.ex quibusMargarita primò iuncta est in matrimonium Sarræ Columnæ filio Fabritij Columnæ Magni Regni Neapolitani Comestabilis, & Agnetis de Monte feltrio Federici Vrbini Ducis filiæ; postmodum verò eadem Margarita iuncta est Ioanni Andreæ Caraffæ Malitiæ filio. Camilla altera soror nupsit

Iuliano Saluiato. Tam præclaris connubijs, & consanguinitatibus nitet nobilis gens Ghisia. Porrò ex Sigismundo Ghisio Augustini fratre natus est Marius, & ex Mario Flauius Pater Fabij Ghisij S. R. E. Cardinalis viuentis.

8 Dominicus Capisuccus vxorem habuit Portiam Sanctacruciam ex conspicua familia, quæ tres S. R. E. Cardinales, dedit, progenitam, ex qua ei nati sunt.

Hieronymus.

Liuia.

Victoria.

Artimitia.

Fausta.

Liuia Maritum habuit Bernardum Aldobrandinum, Siluestri Aldobrandini, & Lesæ Detæ filium, Clementis VIII. Summi Pontificis fratrem, cui nuptui tradita est anno 1571. ipsa tamen sine liberis obijt anno 1594. prædefuncto Bernardo; Cum duobus annis Clementem cognatum regnantem suspexisset, Liuia, à quo perhonorificè, vti fratris vxor, habita fuit.

Victoria nupsit Iacobo de Ariccia nobili Romano; qui ex Victoria Capisucca suscepit Ioannem Baptistam, qui duxit primò Lauiniam Lantes Marcelli Cardinalis Lantes sororem; & secundo duxit Lauram Gaetanam Scipionis Gaetani, & Victoriæ de Valle filiam.

Artimitia iuncta est in matrimonium Ioanni Baptistæ Vbertino Florentino, antiquæ nobilitatis viro, qui ex Artimitia suscepit Lelium Vbertinum Equitem Hierosolymitanum, & alios; Fausta vxor fuit Domitii Cecchini Patritii Romani, & mater Dominici Cardinalis viuentis.

Hieronymus Capisuccus vxorem habuit Clitiam Cinciam ex nobili Ciciorum familia genitam, Tiberii Cardinalis Cincii Amitam, ex qua suscepit Ioannem Antonium, qui sine liberis obiit.

Ex

EX Nuccio altero Ioannis Pauli q. Angeli Capisucchi filio nati sunt.

Iacobellus secundus.

Christophorus.

Antonius.

Ex Iacobello secundo natus est Paulus, & ex Paulo vnica filia Elisabetta, quæ nupsit Valeriano de Mutis præcipuæ in Vrbe nobilitatis viro, ex quibus Duces Muti, ac Tiberius S. R. E. Cardinalis Episcopus Viterbien. Porrò Elisabetta sui Patris demum, relicta hæres opes multas intulit in Mutorum familiam, & inter alia, Casale nuncupatum Polidoro, octingentis terræ rubris constans; & ex proprio asse etiam fundauit, perpetuum iuspatronatum in eadem Mutorum familia, annui reditus quingentorum scutorum, quod ad præsens vnus ex eadem familia obtinet.

Ex Antonio natus est Cincius secundus.

EX Paulo altero Ioannis Pauli, q. Angeli Capiſucchi filio natus eſt.

Coluzius, cuius vxor fuit D. Matthia ex qua ſuſcepit Andream vnicum filium, cuius, & Coluzii prædefunctorum nomine, dicta D. Matthia vti exequutrix teſtamentaria vetuſtum Capiſuccorum familiæ Sacellum in Eccleſia S. Mariæ de Campitello ſub inuocatione S. Pauli eiuſdem familiæ patroni amplo ſcutorum ſexcentorum annuo reditù dotauit, & in perpetuum ſuæ familiæ ius patronatum erexit anno D. 1390. Prò fundo nobile Caſale S. Cyriaci nuncupatum attribuit, quod hodie Robertus ex eadem familia obtinet.

In præfata Eccleſia S.Mariæ de Campitello extat marmoreum, Tabernaculum ex variis lapillis priſco more confectum cum inſigniis Capiſucchæ familiæ his verbis appoſitis, Magiſter Adeodatus fecit hoc opus.

Hic Adeodatus fuit celebris artifex in Vrbe, vbi etiam alia opera fecit, Floruitque circa annum D. 1290. vt bene obſeruat Abbas Conſtantinus Caietanus in libro, quem edidit de vita Gelaſii ſecundi Pontificis: Hæc ego obiter hic adnotauerim, vt ex his veſtigiis, & reliquiis relictis, familiæ huius in Vrbe vetuſta nobilitas obſeruetur.



Ex

EX Cola, seù Nicolao etiam ipso Ioannis Pauli, q. Angeli Capisucchi filio; natus est Antonius, cuius vxor fuit nobilis D. Caterina Morona anno 1371.



PROBATIONES
GENEALOGIAE.

Arbor præſens diuiditur in ſeptem Ramos, ex quibus alij deducuntur, quorum declarationes, ac probationes in ſingulis apponentur.

Primus Ramus ſic procedit.

1 ANGELVS Capiſuccus Patritius Romanus de Regione Campitelli.
2 Ex Angelo Ioannes Paulus.
3 Ex Ioanne Paulo Iacobellus.
4 Ex Iacobello Petrus, & Franciſcus.
5 Ex Petro Ludouicus.
6 Ex Ludouico Petrus ſecundus, Paulina, & Ceccollella.
7 Ex Petro ſecundo Baptiſta, & Lucas.
8 Ex Baptiſta Petrus Ludouicus, qui aliquando etiam dicitur Petrus; & Sigiſmunda.
9 Ex Petro Ludouico Brutus, Aemilius, Iacobus, & Marcellus.
10 Ex Marcello Marius, Horatius, Camillus, & Blaſius.
11 Ex Mario Ludouicus, Paulus, Marcellus ſecundus, Robertus, Lauinia, Cynthia, & Hiacinta.
12 Ex Paulo Camillus, Franciſcus, Blaſius Camillus, Dorothea, Maria Victoria, Martia, Cecilia, Agnes, & Paula.

PRO

PROBATIONES.

1 QVod Angelus Capisuccus fuerit in rerum natura, &
2 quod ex ipso natus sit Ioannes Paulus probatur ex Instrumento publico in Archiuio Capitolino rogato per Antonium Goioli sub Anno 1365. In quo Ioannes Paulus Capisuccus enunciatur filius Angeli sub his verbis.
, Ioannes Paulus, Domini Angeli Caposucchi de Regione
, Campitelli, fidei iussit pro Mattutio, & Antonio Ioannis
, Saxi de Regione Sancti Angeli &c.

Idem probatur ex Lapide posito in Ecclesia Sancti Gregorij de Vrbe prope Altare maius, vbi sic legitur.
, Ioannes Paulus Domini Angeli Caposucchi decedens ex hac
, vita anno Domini 1376. Die 25. Augusti; delegauit huic Ve-
, nerabili Monasterio Sācti Gregorij Molendinum situm supra
, Maranam hac conditione, vt singula quaque hebdomada
, super Altare Sancti Nicolai binæ celebrentur Missæ &c.

De hoc eodem Ioanne Paulo Capisucco extat memoria in tabulis eiusdem Ecclesiæ D. Gregorij & prò ipso dictas Missas celebrant etiam ad præsens Patres dicti Monasterij,

3 Quod ex Ioanne Paulo natus sit Iacobellus; probatur primò ex statutis mercium Vrbis, in quibus Iacobellus Ioannis Pauli Capozucchi enunciatur Vrbis Conseruator Anno 1375. & eadem statuta cum Senatoribus confirmat dictus Iacobellus. Deinde probatur hoc idem ex multis publicis instrumētis, in quibus Iacobellus enunciatur filius Ioannis Pauli. Primum est instrumentum fundationis, & dotationis Cappellæ in Ecclesia sanctæ Mariæ de Campitello rogatum per Antonium Stephanelli de Scambijs anno 1390. quod asseruatur apud Dominos de Capisucchis, & alibi; In quo Instrumento dicitur quod Cappellanus dictæ Capellæ eligi, & nominari, ac præsentari possit per filios q. Iacobelli, Ioannis Pauli Capozucchi &c.

Secundum Instrumentum est rogatum per Cecchum Petri
, Gallesij Die 2. Ianuarij 1392. in quo sic habetur. Nobilis
, Vir Honuphrius, Cincij, Ioannis Pauli de Capisucchis de Re-
, gione Campitelli Procurator, & persona legitima Reueren-
, dissimorum in Christo Patrum & DD. Stephani Tituli Sancti
, Marcelli, Francisci Tit. Sanctæ Susannæ, Christophori Tit.

sancti

, ſancti Cyriaci, & Marini ſanctæ Mariæ Nouæ Cardinalium,
, ac Commiſſariorum Domini Papæ &c. Inueſtiuit & in corporalem, & in vacuam Tenutam; & poſſeſsionem poſuit, miſit, & induxit Nobiles Viros Antonium q. Andreæ Gratiani de Perleonibus de Regione ſancti Angeli, & Lellum Petrutij Palutij de Vrbe de Regione Campitelli pro medietate, Infraſcriptorum Caſalium, & Nobilem Virum D. Franciſcum q. Iacobelli, Ioannis Pauli Capiſucchi de Vrbe de dicta Regione pro alia medietate infraſcriptorum Caſalium de quatuor Caſalibus olim Eccleſiæ, ſeu Monaſterij ſanctæ Mariæ de Palazolio diſtrictus Vrbis, quorum vnum vocatur Cerqueto, aliud vocatur Turris de Mezzo, aliud vocatur Bonzabella, & aliud vocatur Vallis Cagiolæ cum Turribus, Palatijs, Domibus &c. Hoc Inſtrumentum ſeruatur apud Dominos de Capiſucchis.

Tertium Inſtrumentum publicum quod aſſeruatur apud Dominos de Mancinis eſt rogatum per Petrum Pantaleone die, 28. menſis Martii Anni 1393. in quo ſic habetur. Permutatio Terrarum cum Aquimolo, ſeu Molendino facta per, Venerabile Monaſterium & Abbatiſſam Eccleſiæ ſanctæ Mariæ iuxta flumen de Inſula Licaonia Vrbis, Dominam Angelam Butij Mariſtelli Abbatiſſam, Dominam Caterinam Palutii, Dominam Thomaſſiam Palutii dell' Abbrugiato, Dominam Lucretiam Tutii Mancini omnes Moniales dicti, Monaſterii ex vna parte; & Nobiles Viros D. Franciſcum Iacobelli Ioannis Pauli de Capiſucchis de Regione Campitelli, & Lellum Petrutii Palutii, de dicta Regione, & Antonium, Andreæ Gratiani de Perleonibus de Regione ſancti Angeli, ex Altera &c.

Quartum Inſtrumentum eſt rogatum per Nardum Vennettinum die 4. Octobris 1404 In Archiuio ſanctæ Mariæ Nouæ, de Vrbe, in quo ſic habetur, Pactiones inter Magnificum Dominum Ildebrandinum de Comite, & Nobilem Virum, Franciſcum q. Iacobelli Ioannis Pauli de Capiſucchis &c.

Quintum Inſtrumentum pænes DD de Mancinis eſt rogatum per Nicolaum Chriſtophori die 18. Nouembris anni 1409, In quo ſic habetur. Nobilis Vir Ludouicus, Petri, Iacobelli, Ioannis Pauli de Capiſucchis de Regione Capitelli deponit, viginti ſex florenos auri apud Matthæum ſantutiū de eadem, Regione &c. In

In Calce alterius Instrumenti penes eosdem DD. de Mancinis rogati per Paulum Laurentij Iacoboni Anno 1422. sic legitur
, Actum Romæ in Regione Campitelli In domo D. Iacobæ
, vxoris q. Ludouici, Petri, Iacobelli, Ioannis Pauli de Capisuc-
, chis &c.

4 Quod ex Iacobello natus sit Petrus, & Franciscus probatur ex duobus Instrumentis vltimis iam positis, & ex aliis infra ponendis; in quibus Petrus, enunciatur filius Iacobelli, & ex alijs etiam suprapositis, in quibus Franciscus enunciatur filius eiusdem Iacobelli.

De hoc Francisco loquitur Antonius de Petris in suo Diario sub die 23. Decẽbris 1404. vbi dicit, dictum Franciscum missum fuisse à Capitulo Canonicorum Sancti Petri de Vrbe ad Nicolaum Columnam Senatorem &c.

5 Quod ex Petro natus sit Ludouicus, probatur primò ex Lapide sepulcrali posito in Ecclesia Sanctæ Mariæ de Campitello, in quo Petrus enunciatur filius Ludouici;

Secundo probatur ex publico Instrumento infra ponendo rogato per Paulum Laurentij Iacoboni die 13. Februarii 1422. penes Dominos de Cpisucchis, in quo Ludouicus Capisuccus enunciatur filius Petri, & ex aliis publicis instrumentis, quæ infra ponentur.

Et pariter constat ex Instrumento suprapositio rogato per Nicolaum Christophori, in quo Ludouicus enunciatur filius d. Petri, quod etiam ex sequentibus constabit.

6 Quod ex Ludouico natus sit Petrus secundus, Paulina, & Ceccolella, probatur primò ex Lapide supradicto in Ecclesia Sanctæ Mariæ de Campitello, in quo Petrus secundus enunciatur filius Ludouici.

Secundò probatur ex Instrumento publico rogato per Paulum Laurentii Iacoboni die 13. Februarii 1422. paulo ante cita.
, to, in quo sic habetur. Nobilis vir Cincius Ioannis Pauli de
, Capisucchis de Regione Campitelli spontè renunciauit, & re-
, futauit, & remisit Nobili viro Antonio Petri Baffi de Regione
, Campitelli præsenti, recipienti, & legitimè stipulanti vice ac
, nomine Nobilis Dominæ D Iacobæ vxoris q. Nobilis viri Lu-
, douici, Petri, Iacobelli, Ioannis Pauli de Capisucchis de Re-
, gione Campitelli Matris, Tutricis, & personæ legitimæ Petri,
, Paulinæ, & Ceccha pupillorum filiorum, & filiarum hære-

, dum dicti q. Ludouici omnia Iura &c.

Item probatur ex Instrumento publico rogato per Leonardum Nicolai Buccamazza die 11. Settembris 1434. penes DD. de
, Capisucchis, in quo sic habetur. Domina Paulina filia q. Lu-
, douici de Capisucchis remisit, & donauit irreuocabiliter, & in-
, ter viuos Nobili viro Petro filio dicti Ludouici, & germano
, fratri dictæ Dominæ Paulinæ præsenti &c. omnia Iura, & no-
, mina, omnesque actiones reales, & personales eidem Domi-
, næ Paulinæ quomodolibet competentia, ac competentes, &
, eidem in futurum competitura in, & super, ac de bonis dicti
, q. Ludouici eorum Patris &c. vt ipsius Petri sui germani fra-
, tris prædicti Domus, sanguis, & familia in honore, & diuitiis
, conseruetur &c.

Item ex alio Instrumento publico rogato per Petrum Mellinum die 25. Nouembris 1445 penes DD. de Capisucchis, in
, quo sic habetur. Nobilis vir Petrus Ludouici de Capisucchis
, de Regione Campitelli eius bona propria libera, & spontanea
, voluntate &c. tradit, & consignat pro dote Dominæ Lellæ suæ
, vxoris, & filiæ q. Nobilis viri Palutij Petri Matthæi quartam
, partem portionis suorum bonorum, videlicet. Casalium, Cer-
, queti, Vallis Caiæ, Vallis Caiolæ, Piscatoris, & Piscarella cum
, Turri de mezzo, & Bonzabella &c. In quo instrumento An-
, gelus Palutius enunciatur frater dictæ Lellę.

Item ex alio Instrumento publico rogato per Antonium
, Pauli Nardi die 18. mensis Iunii 1450. pęnes DD. de Capi-
, succhis, in quo sic habetur. Nobiles viri Paulus, Honuphrii,
, Cincii, Ioannis Pauli de Capisucchis de Regione Campitelli
, pro se ipso, & qui se, & bona sua principaliter obligauit pro
, hæredibus q. Laurentii Honuphrii sui germani fratris &c. &
, Antonius, Lelli, Cincii, Ioannis Pauli de dicta Regione pro se
, ipso &c. & qui se obligauit pro Christophoro Lelli eius germa-
, no fratri &c. propriis liberis, & spontaneis voluntatibus spon-
, tè, & ex certa scientia vendiderunt, & titulo venditionis dede-
, runt cesserunt, & concesserunt, transtulerunt, & mandauerunt
, Iure perpetuo, & in perpetuum nobili viro Petro, Ludouici,
, Petri, Iacobelli, Ioannis Pauli de Capisucchis de Regione Cam-
, pitelli integram tertiam partem de tribus tertiis partibus cuius-
, dam domus, quæ fuit q. Coluziæ, Ioannis Pauli, iunctæ cum
, aliis duabus tertiis partibus, vna tertia parte dicti Petri, & alia

ter-

, tertia parte Pauli, Iacobelli, Nutii &c.

Item ex alio Instrumento publico rogato per supradictum Petrum Mellinum sub anno 1449. penes eosdem D.D. de Capi-
, succhis, in quo sic habetur Domina Lella vxor nobilis viri Pe-
, tri, Ludouici de Capisucchis de Regione Campitelli locat no-
, bili viro Petro de Marganis de Regione Campitelli quartam
, partem Casalis, & sui Tenimenti vocati Cerqueto.

Item ex alio Instrumento rogato per Augustinum de Martinis
, die 22. Augusti 1485. in Archiuio Capitolino in quo sic ha-
, betur Nobilis Domina Lella vxor q. viri Nobilis Petri, Ludoui-
, ci de Capisucchis suum hæredem vniuersalem instituit virum
, nobilem Petrum Ludouicum de Capisucchis eius nepotem
, carnalem &c.

Item ex alio Instrumento rogato per Paulum Laurentii Iaco-
, boni die 21. mensis Iunii 1436. penes DD. de Capisucchis,
, in quo sic habetur. Domina Ceccolella filia q. Ludouici, Pe-
, tri, Iacobelli, Ioannis Pauli de Capisucchis de Regione Cam-
, pitelli remisit, donauit, irreuocabiliter, & inter viuos nobili
, viro Iuliano Antonii de Porcariis de Regione Pineæ præsenti
, &c. vice, & nomine Petri filii dicti q. Ludouici, & germani
, fratris dictæ Dominæ Ceccolellæ &c. omnia Iura nomina, &
, actiones dictæ Dominæ Ceccolellæ quomodolibet competen-
, tia, & competentes, & in futurum etiam competitura super
, bona dicti q. Ludouici eius Patris &c. In quo Instrumento
, Petrus de Marganis enunciatur futurus vir dictæ Ceccolellæ.

Item ex alio Instrumento rogato per Augustinum de Marti-
nis die 21. Decembris 1471. In Archiuio Capitolino; in quo sic
, legitur. Domina Paulina Nobilis vxor q. Nobilis viri Iuliani de
, Porcariis, & filia q. Ludouici de Capisucchis refutauit viro no-
, bili Petro de Marganis Tutori, & Tutorio nomine nobilis Pu-
, pilli Petri Ludouici de Capisucchis filii, & hæredis q. nobilis
, viri Baptistæ, Petri, Ludouici de Capisucchis &c.

Idem constat ex aliis Instrumentis infra ponendis, & ex Catasto sanctissimi Saluatoris de Vrbe, in quo enunciatur Petrus Ludouici de Capisucchis.

6 Quod ex Petro Capisucco secundo natus sit Baptista, & Lucas, constat primo ex Testamento eiusdem Baptistæ, rogato
, per Augustinum de Martinis die 19. Augusti 1458. In Archi-
, uio Capitolino, in quo Baptista enunciatur filius Petri his ver-
bis.

bis. Nobilis, & prudens vir Baptista, Petri, Ludouici de
, Capisucchis de Regione Campitelli suum vniuersalem hære-
, dem instituit Petrum eiusdem Testatoris legitimum, & natu-
, ralem filium cui reliquit omnia bona sua &c. In quo Testa-
, mento Margarita enunciatur vxor dicti Baptistæ, & Lella
, eiusdem Baptistæ Mater, & Iacoba eiusdem Baptistæ Auia, &
vxor Ludouici de Capisucchis.

Item in eodem Instrumento Ceccolella de Capisucchis enunciatur vxor Petri Margani, & Paulina de Capisucchis vxor Iuliani de Porcariis.

Idem probatur ex Instrumento publico die 27. Nouembris 1457. penes Dominos de Capisucchis, in quo Baptista enun-
, ciatur filius Petri his verbis. Nobiles viri Baptista q. Petri, Lu-
, douici de Capisucchis de Vrbe Regionis Campitelli ex vna
, parte; & D.D. Christophorus & Euangelista de Sabellis ex al-
, tera concordant super confinibus partium Casalis Piscatorum,
, & Turris condulsorum.

Item constat ex instrumento suprapposito rogato per Augustinum de Martinis die 21. Decembris 1471. & ex aliis infraponendis, in quibus Baptista enunciatur filius Petri.

Item ex alio Instrumento publico rogato per Paulum Nardum die 11. Aprilis 1456. penes DD. de Capisucchis, in quo sic ha-
, betur. Nobilis Domina Ceccolella vxor q. Baptistæ de Fuschis
, de Berta de Regione Montium curatrix Angelotiæ eius filiæ, &
, vxoris nobilis viri Lucæ de Capisucchis, remittit nobili viro Ba-
, ptistæ, Petri, Ludouici de Capisucchis dicti Lucæ fratri omnia
, Iura &c. pro Dote recepta florenorum mille.

7 Quod ex Baptista natus sit Petrus Ludouicus, qui aliquando dicitur Petrus; & Sigismunda. Constat primò ex testamento supra posito Baptistæ, in quo vocat Petrum suum filium legitimum, & naturalem.

Secundò probatur ex instrumento publico rogato per Augustinum de Martinis anno 1472. penes D. D. de Capisucchis, in
, quo sic habetur, Nobilis Adultus Petrus Ludouicus filius q. Ba-
, ptistæ, q. Petri, Ludouici de Capisucchis de Regione Campi-
, telli &c. eligit sibi in tutorem, & Curatorem nobilem virum
, Agabitum de Capranica. In hoc eodem instrumēto Ceccolella
, de Capisucchis enūciatur vxor Petri Margani, & Margarita vxor
, Baptistæ de Capisucchis enunciatur filia Pauli de Sancta Cruce.

Ter-

Tertiò probatur ex instrumento publico in Archiuio Capitolino rogato per dictum Augustinum de Martinis die 15. Maii 1474. pagina 107. protocolli, in quo sic legitur. Fidantiæ, &
, pacta Sponsalitia inter Magnificum virum D. Gabrielem de
, Cesarinis Almæ Vrbis Confalonerium de Regione sancti Eu-
, stachii, Patrem, & legitimum Administratorem honestæ puel-
, læ, & Virginis Luciæ eius filiæ legitimæ, & naturalis; & No-
, bilem Iuuenem Petrum Ludouicum, Baptistæ, Petri, Ludo-
, uici de Regione Campitelli cum dote, & dotis nomine mille
, florenorum in Vrbe currentium &c.

Idem Petrus Ludouicus obligat Casale suum nuncupatum Cerqueto prò assecuratione dotis dictæ D. Luciæ Cæsarinæ suæ vxoris. Ibidem pag. 108.

De hac Lucia Cæsarina, & Petro Ludouico Capisucco eius coniuge cum honore meminit Marcus Antonius Alterius in libro, quem inscripsit de Nuptialibus; qui liber asseruatur in bibliotheca Emiuentissimi Cardinalis Alterii.

Item ex alio publico Instrumento rogato per eumdem Augustinum de Martinis in eodem Archiuio Capitolino die 14. Nouembris 1475. In quo sic legitur, Nobilis Adultus Petrus
, Ludouicus, Baptistæ, Petri, Ludouici de Capisucchis de Regio-
, ne Gampitelli donat D. Margaritæ eius Matri præsenti Casalia
, ipsius Petri &c.

Item ex Testamento eiusdem Petri Ludouici rogato per Pacificum Nardi de Pacificis die 13. Nouembris 1496. in Archi-
, uio Captiolino, In quo sic legitur, Vir, Nobilis Petrus Ludo-
, uicus q. Baptistæ de Capisucchis de Regione Campitelli suos
, vniuersales hæredes instituit Brutum, & Aemilium eius filios le-
, gitimos, & naturales, ex primo ac comuni matrimonio ipsius
, testatoris, & q. Nobilis Dominæ D. Luciæ de Cæsarinis eius
, vxoris natos &c.

Secunda vxor Petri Ludouici fuit Liuia Paula Mazzatosta, vt constat ex instrumento publico rogato per Petrum de Meriliis die 2. Ianuarii 1491. in Archiuio Capitolino; vbi sic legitur.
, Fidantiæ inter Nobilem virum Paulum de Mazzatostis de Re-
, gione Parionis Patrem, & legitimum Administratorem, &
, vice, ac nomine Honestæ Virginis Liuiæ eius filiæ legitimæ, &
, naturalis ex vna, & Nobilem Virum Petrum Ludouicum de
, Capisucchis de Regione Campitelli ex alia &c.

Item in eodem Archiuio Capitolino legitur. Instrumentum
, Dotis inter Nobilem D. Liuiam de Mazzatostis ex vna; & No-
, bilem virum D. Petrum de Capisucchis ex altera; rogatum
, per eumdem Petrum de Meriliis die 21. Ianuarii 1491.

, Compromissum inter Liuiam de Mazzatostis relictam q. no-
, bilis viri Petri Ludouici de Capisucchis ex vna, & Iulium Petri
, Matthæi de Albertonibus tutorem Iacobi, & Marcelli filiorum
, dicti Petri Lodouici, & Brutum, & Aemilium. Die 9. Martii
, 1504. Pacificus Nardus de Pacificis publicus notarius in Ar-
, chiuio Capitolino:

Item in Instrumento publico rogato per Ioannem Paulum de Setonicis die vltima Nouembris 1467. & in alio rogato per Pacificum Nardi de Pacificis die 27. Octobris 1467. in Archiuio
, Capitolino sic legitur. Nobilis, & Honesta D. Sigismunda de
, Capisucchis filia q. Baptistæ, Petri, Ludouici; Vxor q. Magni-
, fici D. Riccardi de Molaria, & primò vxor Gasparis Capocci,
, Donauit &c.

Item in alio Instrumento rogato per Paulũ de Sichelicis die 8. mensis Maij 1478. penes DD. de Capisucchis sic legitur. No-
, bilis Domina Sigismunda Soror germana Petri Ludouici de Ca-
, pisucchis vxor q. Nobilis viri Gasparis de Capoccinis, & nunc
, vxor D. Riccardi de Molaria concordat, & conuenit cum Ga-
, spare Pupillo filio, & hærede dicti q. Gasparis, & Venerabili Pa-
, tre D. Leonardo de Capoccinis &c.

Item ex alio Instrumento publico rogato per Pacificum Nardi de Pacificis die 13. Aprilis 1480. penes DD. de Capisucchis vbi
, sic legitur. Magnificus Dominus Riccardus de Annibaldis de
, Molaria habitator Regionis Campitelli, pro se se, ac vice, & no-
, mine Sigismundæ de Capisucchis eius vxoris refutat, & per pa-
, ctum de vlterius non petendo remittit nobili viro Petro Ludo-
, uico, Baptistæ de Capisucchis de dicta regione fratri dictæ Si-
, gismundæ eius vxoris omnia, & singula Iura, & actiones &c.
, quas, & quæ dictus Dominus Riccardus, & dicta Domina Si-
, gismunda eius vxor habet, & eis competit habere contra di-
, ctum D. Petrum Ludouicum, prætextu, causa, & occasione tri-
, um millium florenorum in vrbe currentium, videlicet duorum
, millium pro dote dictæ Sigismundæ, & mille pro acconcio, &
, & rebus iocalibus &c.

Hęc eadem Sigismunda enunciatur vxor dicti Riccardi de Mo-

, Molaria in Catasto Sanctissimi Saluatoris :

Item ex alio Instrumento publico rogato per Bernardum q. Ioannis Antonij de Marchesiis die 3. Martij 1483. penes DD. de
, Capisucchis, in quo sic legitur. Magnificus vir D Georgius de
, Sanctacruce Regionis Arenulæ, qui se principaliter obligauit
, pro Iacobo Sanctacruce eius fratre absente ex vna parte, & vir
, Nobilis Petrus Ludouicus q. Baptistæ de Capisucchis Regionis
, Campitelli ex altera, spontè, & ex certis eorum scientijs &c. in-
, ter se alteruter, & vicissim refutauerunt, quietauerunt, renun-
, tiauerunt, & per pactum de vlterius non petendo remiserunt
, omnia, & singula Iura, omnesque actiones reales, & persona-
, les, quæ, & quas habent, & eis competit habere contra ipso-
, rum alterum tam ratione administrationis tutelæ, & eius red-
, ditæ rationis dudum administratæ per q. Paulum de Sanctacru-
, ce Auum Maternum, & Tutorem dicti Petri filij, & hæredis q.
, Baptistæ &c.

Hoc idem constat ex Instrumento suprapositо rogato per Augustinum de Martinis die 21. Decembris 1471. in quo vt dictum
, est, Petrus Ludouicus Capisuccus enunciatur filius Baptistæ.

9 Quod èx Petro Ludouico natus sit, Brutus, Aemilius, Iacobus, & Marcellus; probatur primò ex testamento eiusdem Petri Ludouici suprapositо, in quo vocat Brutum, & Aemilium filios suos legitimos, & naturales.

Secundò ex alio Instrumento publico diuisionis hæreditatis rogato per Felicem de Villa die 15. Nouembris 1516. in Archiuio
, Capitolino, in quo Brutus, Aemilius, Marcellus, & Iacobus
, enunciantur filij Petri Ludouici de Capisucchis.

Itē ex alio testamento eiusdē Petri Ludouici rogato per Pacificum Nardi de Pacificis anno 1498. in Archiuio Capitolino, in
, quo pariter Brutus, Aemilius, Iacobus, & Marcellus, enuncian-
; tur filij Petri Ludouici de Capisucchis.

Item ex alio instrumento publico rogato per Pacificum de Pacificis die 9. Martij 1504. in Archiuio Capitolino, in quo sic le-
, gitur; Nobilis, & honesta mulier D. Liuia de Mazzatostis reli-
, cta q. viri nobilis Petri Ludouici de Capisucchis ex vna, & vir
, nobilis Iulius Petri Matthæi de Albertonibus tutor Iacobi, &
, Marcelli filiorum pupillorum dicti Petri Ludouici, ac Brutus,
, & Aemilius etiam filij, & hæredes dicti q. Petri Ludouici ex alia
, compromiserunt &c.

In

In Lapide Sepulcrali posito in Ecclesia S. Mariæ Maioris Marcellus Capisuccus legitur filius Petri Ludouici de Capisucchis; & Liuię Paulæ Mazzatostæ.

Fidantiæ inter Nobilem virum Bernardinum de Incoronatis
, Ciuem Romanum de Regione Arenulæ Patrem admodum ho
, nestæ puellæ Lauiniæ eius filiæ legitimæ, & naturalis ex vna,
, & virum Nobilem D Marcellum de Capisucchis de Regione
, Campitelli ex alia; sub anno 1533. Stephanus de Amannis pu-
, blicus Notarius in Archiuio Capitolino.

Liuia de Mazzatostis enunciatur mater Marcelli de Capisucchis, & Lauinia de Incoronatis enunciatur eiusdem Marcelli vxor in Catasto Sanctissimi Saluatoris.

10 Quod ex Marcello natus sit Marius, Camillus, Horatius, & Blasius, probatur primò ex testamento Marcelli die 2. Maij
, 1577. per acta Curtij Saccoccij in Archiuio Capitolino, in quo
, sic legitur; Magnificus Dominus Marcellus de Capisucchis
, Nobilis Romanus suos hæredes vniuersales instituit Marium,
, Camillum, & Horatium de Capisucchis filios suos legitimos,
, & naturales &c.

Item ex alio instrumento rogato per eundem Saccocciũ die 16 Martij 1566. quod inscribitur, instrumentum dotis inter Nobi-
, lem D. Angelum Capranicam Patrem Nobilis Dominæ Hor-
, tentiæ ex vna, & Nobilem D. Marcellum de Capisucchis Pa.
, trem Nobilis D. Marij ex altera &c.

Item ex alio instrumento publico per acta eiusdem Saccoccij die 19. mensis Maij 1571. fol. 636. in quo sic legitur; Magnifi-
, ci D.D. Marcellus de Capisucchis Nobilis Romanus; ac R. D.
, Horatius, ac D.D. Marius, & Camillus eiusdem D. Marcelli fi-
, lij legitimi, & naturales, Domini, & Patroni vnius partis ex
, quindecim integris partibus totius status de Comitibus, & Te-
, nutarum &c. vendiderunt Illustri, & Reu. D. Hieronymo Co-
, miti Abbati S. Gregorij; & Illustri D. Federico Comiti ger-
, manis Fratribus &c. dictam quintam decimam partem status
, prædicti, & Tenutarum cum Iure Vassalitio, mero, & mixto im-
, perio, & gladij Potestate, si habent, & cum omnibus, & qui-
, buscumque Iuribus, Iurisdictionibus &c.

, Horatius, & Marius de Capisucchis enunciantur Filij Mar-
, celli, q. Petri Ludouici, q. Baptistæ, q. Petri, Ludouici, Petri,
, Iacobelli, Ioannis Pauli de Capisucchis, à Pomponio Cotta

Ro-

, Romanæ Rotæ Auditore in Transumpto autentico, & publico
, instrumenti fundationis Iuris patronatus prædicti. Penes D. D.
, de Capisucchis.

Die 20. Nouembris 1570. in sacro Rotæ Auditorio occasione litis exortæ inter D. D. de Capisucchis de iure præsentandi ad supradictum ius patronatum coram eodem Cotta, resolutum fuit, constare de descendentia Marcelli Capisucchi à Iacobello, Ioannis Pauli filio. Ex decisionibus eiusdem Cottæ penes D. D de Capisucchis.

Marius; Horatius, & Blasius enunciantur fratres Camilli Capi-
, succhi in Lapide sepulcrali eiusdem Camilli Viennæ posito in
, Ecclesia sanctæ Crucis.

11 Quod ex Mario natus sit Paulus, Ludouicus, Marcellus, Robertus, Lauinia, Cynthia, & Iacinta, constat primò ex instrumento publico per acta Homodei, cuius ad præsens successor est Gallus; rogato die 39. Martij 1605. Vbi sic legitur; Quietatio partis
, Dotis, seu Apoca Matrimonialis inter Illustrissimum Dominum
, Marium Capisucchum patrem Illustrissimi Domini Pauli Ca-
, pisucchi ex vna, & Illustrissimum D. Marcum Antonium
, nium Mariscottum Comitem Iulianelli D. Iuliæ Baglionæ fili-.
, um, & patrem Illustriss. D. Hortentiæ Mariscottæ ex altera &c.

Item ex alio instrumento publico per Acta fabri, cuius successor ad præsens est Serantonius, sub die 18. Octobris 1594. in quo
, sic legitur. Illustrissimi Domini Horatius, Paulus, & Robertus
, de Capisucchis Procuratores Illustrissimi Domini Marij Capi-
, succhi specialiter constituti nomine procuratorio dicti Illustris-
, simi D. Marij tamquam oblatoris, & plus offerentis &c. subha-
, stata fuerunt duo Castra, Catini, & Podij Catini ad instantiam
, Illustrissimæ D. Lauiniæ Ruuere de Vrsinis &c.

, Emptio Terræ nuncupatæ fossa cęca in Prouincia Aprutij, fa-
, cta ab Illustrisimo D. Paulo Capisucco ex Illustriss. & Excellen-
, tiss. D. Philippo Columna Magno Comestabili Regni Neapolis
, venditæ &c. sub die 29. Nouembris 1616. per Acta Columnæ.

Ludouicus Capisuccus enunciatur filius Marij, & frater Pauli in Oratione funebri de Laudibus Alexandri Farnesii habita à Vincentio Blasio Garzia Valentino impressa Romæ anno 1595.

De Roberto constat ex testamento Pauli, quod mox adducetur. De eodem Roberto extat memoria in Ecclesia S. Mariæ de Campitello in Sacello familiæ Capisucchæ sub his verbis. Robertus

, Capisuccus Patritius Romanus, & S. Nicolai de Tulpha Ab-
, bas, gentilitium, propriumque sacellum à maioribus suis præ-
, teritis sæculis ædificatum, dotatum, instructum, vt recenti
, templi structuræ aptius responderet, & elegantius, construxit,
, ornauit, & auxit, piumque erga D. Paulum familiæ suæ pa-
, tronum monumentum posuit anno 1643.

12 Quod ex Paulo natus sit Camillus, Franciscus, Blasius Camillus, qui postea dictus est Camillus; Dorotea, Maria, Victoria, Martia, Cecilia, Agnes, & Paula.

Constat ex Testamento eiusdem Pauli, per acta Petri Pauli Martini Notarii Capitolini, die 28. Ianuarij 1620. in quo instituit suos hæredes vniuersales Franciscum, & Camillum filios suos legitimos, & naturales sub his verbis.

Illustriss. D. Paulus Capisuccus Marchio Monterii &c suos vni-
, uersales hæredes instituit Illustriss. D.D. Franciscum, & Camil-
, lum filios suos legitimos, & naturales &c. in hoc eadem testa-
, mento idem D. Paulus vocat D. Ortentiam Mariscottam suam
, vxorem, & D. Robertum Capisuccum suum Fratrem: De Aliis
, constat.

Vrbanus Octauus die 10. Decembris 1633. Facultatem concedit Francisco Capisucchio, vt possit vendere suum Castrum nuncupatum Fabro, & Tenutam Salicis in quodam Breui tunc expedito, quod ità incipit; Exponi nobis nuper fecit Dilectus filius Nobilis Vir Franciscus Capisucchi Romanus Baro Castri Fabri &c.

RA

RAMVS SECVNDVS.

EX hoc Familiæ Capiſuccorum Ramo duo alii deriuantur. Nam ex Bruto Petri Ludouici Capiſucchi, & Luciæ Cesarinæ Filio nati ſunt
Papirius,
Petrus Ludouicus,
Sicinius,
Publius,
Lurius,
Simon,
Baptiſta,
Lucretia,
Artimitia,
Lucia.

Ex Sicinio natus eſt Simon ſecundus, & Brutus ſecundus.

Ex Simone ſecundo natus eſt Papirius ſecundus, Sicinius ſecundus, & Cynthia.

PRO-

PROBATIONES.

1 QVOD ex Bruto nati sint Papirius, Publius, Lutius, Simon, Sicinius, Baptista, Lucretia, Artimitia, & Lucia; Probatur ex instrumentis quæ sequuntur.

Primò ex testamento Sigismundæ de Thebaldis rogato per Ste
, phanum Reininum die 28. Ianuarii 1559. Quod asseruatur in
, Archiuio Conuentus S. Mariæ super Mineruam, in quo sic le-
, gitur; Nobilis Mulier D. Sigismunda de Thebaldis vxor q. D.
, Bruti de Capisucchis de Regione Pineæ hæredes vniuersales in-
, stituit nobiles viros D.D. Papirium, Sicinium, Lutium, & Pu-
, blium fratres germanos de Capisucchis, ipsius D. Testatricis
, filios legitimos, & naturales equis portionibus &c. In quo testamento Lucretia de Capisucchis enunciatur vxor D. Cæsaris Tomarozii, & Baptista vxor Siluestri Baldeschi Nobilis Perusini, & Lucia, & Artemitia moniales in Monasterio Turris Speculorum, omnes filiæ dictæ Sigismundæ.

Petrus Ludouicus alter Bruti filius enunciatur mortuus in libris eiusdem Conuentus S. Mariæ super Mineruam.

Nobilis D. Sigismunda de Thebaldis soror, & hæres q. Nobilis, & strenui militis Domini Simonis de Thebaldis, enunciatur vxor nobilis D. Bruti de Capilucchis in instrumento publico per acta Felicis de Villa die 24. Martij 1530. in Archiuio Capitolino.

Fidantiæ inter Nobilem D. Papirium de Capisucchis germa-
, num fratrem Nobilis Dominæ Lucretiæ filiæ q. Nobilis Domini
, Bruti de Capisucchis ex vna, & Nobilem Dominum Christo-
, phorum Pauli de Thomarotiis Patritium Romanū ex altera, die
, 14. Ianuarii 1548. Curtius Saccoccia publicus Notarius in Ar-
, chiuio Capitolino.

Instrumentum Dotis inter Nobiles Dominos Pompeium, &
, Brutum de Gottifredis germanos fratres Nobilis D. Sulpitiæ ex
, vna, & Magnificum Dominum Papirium de Capisucchis ex al-
, tera &c. die 8. Februarij 1556. Curtius Saccoccia Notarius in
, Archiuio Capitolino.

Nobilis vir Lutius q. Bruti de Capisucchis, & q. Sigismundæ Thebaldæ condit testamentum die 9. Decembris 1571. Curtius

Sac-

Saccoccius publicus Notarius in Archiuio Capitolino.

Instrumentum Dotale Sigismundæ Thebaldæ de Capisucchis, per acta Simonis Piroti, cuius successor est Tullius.

, Sigismunda Thebalda de Capisucchis relicta q Bruti Capisuc
; chi. Donatio inter viuos bonorum stabilium, & præsertim Ca-
, salis nuncupati M. Simone ad fauorem D. Simonis eiusdem Si-
, gismundæ ex d. q. Bruto de Capisucchis filio legitimo, & na-
, turali die 13. Maij 1550. per Acta Fabij de Muccardibus, &
, Curtij Saccoccij in Archiuio Capitolino.

, Donatio inter viuos per nobilem D. Sigismundam de The-
, baldis Casalis nuncupati M. Simone ad fauorem D. Sicinij de
, Capisucchis &c. die 8. Febr. 1556. per acta Curtii Saccoccii in
, Archiuio Capitolino.

Vir Nobilis, & Strenuus Capitaneus D. Lucius Papirius de Capi-
, succhis Patritius Romanus condidit Testamentum, in quo hæ-
, redem instituit Sulpitiam suam vxorem die 28. Iulii 1565. Dio-
, nysius Sedactus publicus Notarius in Archiuio Vrbano.

Fidantiæ inter R. P. D. Iacobum Episcopum Vesionen. &
, Dominum Nicolaum de Cortesiis germanos fratres, & D. Ale-
, xandram de Magdalenis relictam q. D. Petri Francisci de Corte-
, siis militis S. Iacobi de Spata Patruos, & Matrem respectiuè ho-
, nestæ puellæ D. Eleonoræ filiæ prædicti D. Petri Francisci ex vna,
, & Nobilem Iuuenem D. Simonem de Capisucchis filium q.
, bon. mem. Bruti de Capisucchis, & D. Sigismundam de The-
, baldis eius Matrem, & Dominos Papirium, & Cincium de
, Capisucchis ex alia die 6. Septembris 1550. Curtius Saccoccius
, publicus Notarius in Archiuio Capitolino.

Instrumentum Dotis inter Magnificos D. D. Ioannem Bapti-
, stam, & Marcum Antonium germanos fratres de Magdalenis
, de Capite Ferreo, & Magnificam D. Ceciliam de Lenis fratres,
, & matrem respectiuè Nobilis puellæ D. Faustinæ ex vna, &
, Magnificum D. Sicinium de Capisucchis etiam Nobilem Ro-
, manum ex altera die 22. Octob. 1563. Curtius Saccoccius pu-
, blicus Notarius in Archiuio Capitolino.

2 Quod ex Sicinio natus sit Simon secundus constat ex Instrumento quod sequitur.

Matrimonium inter Illustrissimum D. Simonem Capisuccum Patritium Romanum bo: mem: D. Sicinii Capisucchi Filium, vice, ac nomine Illustrissimæ D. Cynthiæ Capisucchę ipsius D.

K Simo-

Simonis, & Illustrissimæ D. Lauiniæ Capisucchę suæ vxoris filiæ legitimæ, & naturalis ex vna; & Illustris. & Excellentis. D. Camillum Ducem de Comitibus Domicellum Romanum ex altera die 9. mensis Iulii 1615. ex instrumento publico per acta Paciuchelli Notarii Capitolini.

De hac Cynthia Capisucca Felix Contelorius in genealogia
„ familiæ de Comitibus, sic habet; Qua in re obiter notandum est,
„ Ducem Camillum in duodecimo genealogiæ gradu positum
„ Ducissam duxisse in duodecimo gradu pariter existentem dedu-
„ cto numero ab Angelo Capisucco, à quo recta linea descendit
„ quatuor centum ab hinc annis, vt constat ex instrumentis.

3 Quod ex Simone secundo natus sit Papirius secundus, Sicinius secundus, & Cynthia iam constat.

RA-

RAMVS TERTIVS.

ALIVS Ramus, qui ex primo deriuatur talis est.

1 Ex Aemilio, Petri Ludouici Capisucchi, & Luciæ Cæsarinæ altero filio nati sunt,

Antimus,

Innocentius,

Et Virginia,

2 Ex Innocentio nati sunt,

Lelius,

Antimus secundus.

Tarquinius, Aemilius secundus, & Lucretia.

3 Ex Tarquinio nati sunt Papirius, & Tarquinia.

Ex Aemilio secundo nati sunt Cincius, Aurora, Olimpia, Cynthia, Hortentia, Virginia:

PRO-

PROBATIONES.

QVOD ex Aemilio nati sint Antimus, Innocentius, & Virginia probatur ex testamento ipsius Aemilii per acta felicis de Villa die vltima Iunii 1526 in Archiuio Capitolino, vbi sic habetur. Nobilis vir D. Aemilius de Capisucchis de Regione S.Eustachii suos hæredes vniuersales instituit Antimum, & Innocentium filios suos legitimos, & naturales &c. in hoc eodem testamento Virginia enunciatur filia Emilii.

De Innocentio qui dictus est Cincius, etiam constat ex instrumento, quod sequitur. Fidantiæ inter nobilem D. Io. Baptistam de Lenis nobilis, & honestæ D.Tarquiniæ filiæ q. Nobilis D. Raphaelis de Sanctoriis, ex D. Lucretia de Lenis coniugum, Patrem, auunculum, ac tutorem, & curatorem respectiuè &c. ex vna, & Nobilem D. Cincium, q. Aemilii de Capisucchis Patritium Romanum partibus, ex altera &c: die 7. Septemb. 1554. Curtius Saccoccius Notarius in Archiuio Capitolino.

De Aemilio, & Antimo loquuntur sequentia instrumenta. Venditio domorum facta per Nobilem puellam Cynthiam filiam q. Domini Innocentii de Beccaluua vxorem Nobilis Viri Aemilii de Capisucchis ad fauorem Nobilis viri Cyriaci de Mattheis die 24 Augusti 1523. Petrus Paulus de Manfredis publicus Notarius in Archiuio Capitolino.

Nobilis Vir D. Cæsar de Magdalenis de Capite Ferreo, cum sit Captiuus quorumdam militum Cæsareæ Maiestatis, indigeatque pecuniis prò redemptione suæ personæ, nec habeat alium modum se redimendi, nisi vendat aliqua bona stabilia, & velit vendere aliquem censum super dictis bonis, feceritque omnem diligentiam de reperien. personas, quæ dicta bona ad censum emere velint, nec nullum repererit præter Nobilem virum D. Aemilium de Capisucchis; ideo &c. Felix de Villa publicus Notarius die 21. Iunii 1527. in Archiuio Capitolino.

Subarratio inter Nobilem Adolescentulum D.Antimum filium q. Nobilis Viri D. Aemilii de Capisucchis Nobilis Romani ex vna; & nobilem puellam D. Lucretiam filiam Nobilis Matronę D. Vincentiæ de Crescentiis, & q. Viri Nobilis D. Francisci Butii ex altera &c. die 10. Nouembris 1537. Stephanus de Amannis

, nis publicus Notarius in Archiuio Capitolino.

Hæc familia Butia nobilis in Vrbe fuit,& modo extincta est,cuius insignia erant tres Stellulæ continentes dimidiatam Lunam, vt in lapide sepulcrali in Ecclesia S. M. super Mineruam.

2 Quod ex Innocentio nati sint Lelius, Antimus, Tarquinius, Aemilius tertius, & Lucretia constat ex instrumentis, quę sequuntur.Lelius Capisuccus enunciatur filius Cincii Capisucchij, & Tarquiniæ Sanctoriæ de Lenis in quodam instrumento in Arch. Monasterij S.Siluestri de Vrbe. De Antimo, Aemilio,& Tarquinio constat ex testamento eiusdem Innocentij, in quo sic habetur.

Illustris,ac re militari excellens Dominus Innocentius Capisuc-
, cus vulgariter Cencius nuncupatus Patritius Romanus bo. me.
, Aemilij Capisucchi filius ad bellũ in expeditione contra Turcas
, profecturus condit testametum, & instituit hæredes Antimum,
, Aemilium, & Tarquinium eius filios legitimos, & naturales ex
, D. Tarquinia de Lenis eius olim coniuge susceptos &c. die 13.
, Iunij 1570.Prosper Campana Notarius in Archiuio Capitolino.

Instrumentum Dotis inter D. Cincium de Capisucchis Patrem
, Nobilis puellæ Lucretiæ, & Andream Laudatum Domicellum
, Gaetanum &c.die 2.Iunij 1576 Curtius Saccoccius Notarius in
, Archiuio Capitolino.

Subarratio inter Illustrіs. D. Aemilium filium q.bo.mem.Cin-
, cii de Capisucchis Nobilem Romanum ex vna; & Illustris. Lu-
, cretiam filiam q.bo.mem. Octauii de Crescentiis etiam Nobi-
, lem Romanam ex altera die 15. Aprilis 1584. Curtius Saccoc-
, cius pub Not.in Arch.Capit.

Ex Aemilio tertio,nati sunt Cincius, Olympia, Cynthia, Hor-
, tentia, Virginia, & Aurora.

3 Quod ex Tarquinio natus sit Papirius constat; quod verò ex eodem nata sit Tarquinia constat ex instrumento quod sequitur.

Pacta Matrimonialia inter Illustris. D. Tarquinium Capisuc-
, cum Patritium Romanum, vice, ac nomine Illustris. D. Tar-
, quiniæ eius filiæ ex vna; & Illustris. D.Comitem Annibalem fi-
, lium Illustris. D. Comitis Horatii della Sommaglia Patritium
, Mediolanensem ex altera &c.die 18.Martii 1621.Arsenius Mu-
, sca Notarius, Successor Chrisosthomus.

RAMVS QVARTVS.

RAMVS IV. Familiæ Capisuccorum talis est.
1 Angelus Capisuccus.
2 Ex Angelo Ioannes Paulus.
3 Ex Ioanne Paulo Cincius:
4 Ex Cincio Gregorius, Honuphrius, & Lellus.

Ex Gregorio Vannozia, & Ludouica.

Ex Honuphrio Paulus, & Laurentius, & ex Laurentio Gregoria.

5 Ex Lello Antonius, Anastasia, Gentilesca, & Christophorus.

6 Ex Antonio Cincius Ioannes Paulus, qui aliquando dicitur Cincius; Palotia, & Caterina.

7 Ex Cincio Ioanne Paulo, Antonius, Lucidus, Christophorus secundus, Dominicus, Iulianus, Paulus Episcopus, Sebastianus, Io. Baptista, Euangelista, Bernardinus, Stephanus, & Paulina.

8 Ex Christophoro secundo, Ioannes Paulus, Ioannes Antonius Cardinalis, Lelius, Iulius, Dominicus, & Laura.

9 Ex Dominico Hieronymus, Liuia, Victoria, Artimitia, & Fausta.

10 Ex Hieronymo Ioannes Antonius.

PRO-

PROBATIONES.

1 QVod ex Angelo Capiſucco natus ſit Ioannes Paulus manet probatum ex ſupradictis num. 1.

2 Quod ex Ioanne Paulo natus ſit Cincius, probatur ex ſequentibus inſtrumentis publicis, in quibus Cincius Capiſuccus enunciatur filius Ioannis Pauli. Sub his verbis.

Cincius Io: Pauli Capiſucchi de Regione Campitelli deponit
, decem florenos auri, & tria rubra grani ad menſuram Roma-
, nam in manibus Paulutii Tranſmundi de eadem Regione anno
, 1359. Ex inſtrumento publico rogato per Bartolomęum Cincii
, Iacobi Rubei; apud Dominos de Mancinis; Et apud D.D. de
, Capiſucchis.

In inſtrumento fundationis Cappellæ ſupra citato, & in alio ininſtrumento rogato per Ceccum Petri Galleſii iam ſupra adducto Cincius Capiſuccus enunciatur filius Ioannis Pauli.

Domina Martia enunciatur vxor Cincii, Ioannis Pauli in Cataſto Sanctiſſimi Saluatoris.

Laudum datum per Cincium Ioãnis Pauli Capiſucchi de Regio
, ne Campitelli, & Lellum Iacobi Materiæ de Regione S. Angeli
, arbitros comuniter creatos &c. die penultima Septembris 1363
, Indictione prima tempore Vrbani Papæ V. Franciſcus q. Andreæ
, de Felicibus publicus Notarius. Penes D. D. de Mancinis.

Manet hoc idem probatum etiam ex inſtrumento ſupraposito num. 5. per acta Pauli Laurentii, Iacoboni in quo Cincius Capiſuccus enunciatur filius Io: Pauli, & conſtat ex Cataſto Sanctiſſimi Saluatoris, in quo Cincius enunciatur filius Ioannis Pauli de Capiſucchis.

3 Quod ex Cincio natus ſit Gregorius, & ex Gregorio Vannozia, & Ludouica, conſtat ex Cataſto Sanctisſimi Saluatoris, vbi enunciatur D. Vannozia Vxor Baptiſtæ de Archionibus, & Gregorius, Cincii, Ioannis Pauli de Capiſucchis eius Pater.

Item Ludouica filia q. Gregorii, Cincii, Ioannis Pauli vxor q.
, Lucæ, Pauli, Lelli, Petrutii, de Regione Campitelli enunciatur
, in eodem Cataſto. Hic Petrutius eſt ex familia Palutiorum, vt
, conſtat ex inſtrumentis ſupra poſitis.

Quod verò ex eodem Cincio nati ſint Honuphrius, & ex Honuphrio Paulus, & Laurentius probatur ex inſtrumento ſupraposito

num.

num. 5. rogato per Antonium Pauli Nardi; in quo Honuphrius enunciatur filius Cincii, Ioannis Pauli Capisucchi, & Paulus filius Honuphrii, & Laurentius frater Pauli.

Item ex instrumento publico rogato per Petrum de Meriliis die
, 15. Septembris 1458. in Archiuio Capitolino, vbi sic legitur.
, Nob. D. Bartolomęa relicta q. Laurentii Honuphrii de Capisuc-
, chis de Regione S. Angeli &c vendidit Reuerendiss. Patri Car-
, dinali Bessarioni Cardinali nuncupato Niceni &c. integram ter
, tiam partem de tribus principalibus partibus totius Casalis vo-
, cati la Cicognola &c.

Item ex Catasto Sanctiss. Saluatoris in quo Honuphrius enun-
, ciatur filius Cincii, Io. Pauli de Capisucchis.

Quod autem ex Laurentio nata sit Gregoria constat ex catastò prædicto, in quo Gregoria Rentii, seù Laurentii de Capisucchis enunciatur vxor Antonii Albertonii; Huius Gregoriæ memoria legitur in Sepulcro Ecclesiæ S. Mariæ de Campitello.

, Tandem quod ex eodem Cincio, natus sit Lellus pro-
, batur primò ex instrumento citato per acta Antonii Pauli
, Nardi, in quo Lellus Capisuccus enunciatur filius Cin-
, cii.

Lellus Cincii, Ioannis Pauli de Capisucchis, & Antonius eius
, filius enunciantur in catasto Sanctissimi Saluatoris.

Deinde probatur hoc idem ex testamento ipsius Lelli Capisuc-
, chi penes D.D. de Vbertinis rogato per Antonium Pauli Nardi
, die prima Februarii 1449. & ex testamento Antonij Capisucchi,
, prout infra, in quibus Lellus Capisuccus enunciatur filius
, Cincij; & constabit etiam ex alijs instrumentis infra ponen-
, dis.

4 Quod ex Lello nati sint Antonius, Christophorus, Gentile-
, sca, & Anastasia probatur exsequentibus instrumetis; Nobilis Vir
, Lellus, Cincij, Io. Pauli de Capisucchis de Regione Campitelli
, suos hæredes vniuersales instituit Antonium, & Christophorum
, eiusdem testatoris filios legitimos, & naturales &c. ex testamento
, nupercitato eiusdem Lelli.

In hoc eodem testamento Gentilesca enunciatur filia eiusdem
, Lelli, & vxor Dominici de Palonibus.

Nobilis D. Aanastasia Porcari vxor q Christophori, Lelli Cincii
, de Capisucchis testatur 29. Iunii 1476. Matthæus de Taglienti-
, bus Notarius publicus in Archiuio Capitolino.

Et

Et eiusdem Lelli filia in hoc eodem testamento enunciatur Ana
, stasia. Hæc fuit vxor Euangelistæ de Bondijs Patritij Romani,
, vt constat ex catasto Sanctiss. Saluatoris.

In hoc eodem testamento Caterina, & Palotia enunciantur fi-
, liæ Antonij de Capisucchis filij Lelli. Palozia fuit vxor Hiero-
, nymi Alterij, vt ex infra dicendis constabit.

Anastasia de Porcarijs relicta q. Christophori Cincij de Capi-
, succhis enunciatur in Catasto Sanctiss. Saluatoris.

5 Quod ex Antonio natus sit Cincius Ioannes Paulus
, constat ex testamento eiusdem Antonij rogato die 9. Iunij 1468
, per acta Pauli q. Simonis de Ianuarijs in Arch. Sanctiss. Saluato-
, ris, in quo sic legitur. Nobilis vir Antonius, Lelli, Cincii de
, Capisucchis de Regione Campitelli suum hæredem vniuersa-
, lem instituit Cincium Io. Paulum suum filium legitimum, &
, naturalem.

Domina Andreotia enunciatur Mater Nobilium virorum An-
, tonij, & Christophori, Cincii, Ioannis Pauli de Capisucchis in
, Catasto Sanctiss. Saluatoris.

Quod ex eodem Antonio nati sint Palozia, & Caterina constat
, ex testamento suprapositο Lelli. & Palozia specialiter ex instru-
, mento sequenti, in quo dicta Palozia enunciatur soror Cincii
, Ioannis Pauli; qui aliquando nominatur solum Cincius. Instru-
, mentum est tale.

Nobilis, & honesta D. Palozia de Capisucchis relicta q. viri no
, bilis Hieronymi de Alteriis Romani ciuis de Regione Pineæ re-
, liquit Ecclesiæ, & Fratribus S. Mariæ super Mineruam vnam
, annuam perpetuam responsionem vnius caballatæ musti &c.
, cum onere &c. Testamenti autem exequutores constituit, & no-
, minauit Nobiles viros Cincium de Capisucchis eius fratrem, D.
, Marcum Antonium de Clterijs, & Bernardum de Militibus eius
, generum &c. Per acta Ioannis Michaelis publici Notarij die 3.
, Mensis Iunii 1490. in Crchiuio S. Mariæ super Mineruam.

Eadem Palozia de Capis. enunciatur vxor Hieronymi, Laurentii
, Alterii, & Cincius frater Paloziæ in Catasto Sanctiss Saluatoris.

Hieronyma de Lenis enunciatur vxor Cincii de Capisucchis in
, eadem in catasto Sanctiss. Saluatoris.

De eodem Cincio, loquitur sequens instrumentum.
, Viri Nobiles Laurentius de Caffarellis, Cincius de Capisucchis,
, Petrus Palochi de Papazurris promittunt Dominico de Palom-

, bus de non offendendo &c. die 29. Maii 1488. Christophorus
, Antonius Pauli publicus Notarius in Arch. Capitol.

6 Quod ex Cincio Ioannes Paulo nati sint Antoni-
, us, Lucidus, Christophorus, Dominicus, Iulianus, Paulus Epi-
, scopus, & Auditor Rotæ, Sebastianus, Ioannes Baptista, Euan
, gelista, Bernardinus, Stephanus, & Paulina; probatur ex testa-
, mento eiusdem Cincii Ioãnis Pauli, per acta Ioannis Matthæi de
, Taglientibus die 21. Martii 1509. in Archiuio Capitolino, in
, quo sic habetur.

Nobilis vir Cincius Ioannes Paulus, q. Viri Nobilis Antonii,
, Lelli, Cinthii de Capisucchis Romanus de Regione Campitelli
, suos vniuersales hæredes instituit, fecit, & reliquit D. D. Anto-
, nium, Lucidum, Christophorum, Dominicum, Iulianum, Pau-
, lum, Sebastianum, Ioannem Baptistam, Euangelistam, & Ber-
, nardinum, eius filios legitimos, & naturales, & quemlibet ip-
, sorum prò æquali portione &c. In hoc eodem testamento Adria
, na enunciatur Mater dicti Cinthii Ioannis Pauli, & etiam Pau-
, lina, & Stephanus eius filii.

Testamentum Reuerendiss. D. Pauli Capisucchi Episcopi Neo-
, castrensis &c. in Protocollo Antonii Massæ de Gallesio in Archi
, uio Vrbano,

Idem Paulus enunciatur Episcopus Neocastrensis, Rotæ Deca-
, nus, Papæ Vicarius, & Canonicus Basilicæ Principis Apostolorũ
, de Vrbe in Catasto Sanctiss. Saluatoris.

7 Quod ex Christophoro nati sint Ioannes Paulus, Ioannes
, Antonius Cardinalis, Lelius, Iulius, Dominicus, & Laura con-
, stat ex testamento eiusdem Christophori rogato per Didacum
, Diez de Corduba die 15. mensis Augusti 1524. & producto in
, instrumento concordiæ per acta Cignii, cuius successor ad præ-
, sens Garoffius in causa vertente inter D.D. Aldobrandinos, Cin-
, cios, Cecchinos, & Vbertinos super hæreditate Ioannis Anto-
, nii Capisucchii; In quo testamento sic legitur, Nobilis, & Egre
, gius vir D. Christophorus de Capisucchis laicus &c. hæredes suos
, vniuersales instituit, nominauit, atque fecit, filios suos natura-
, les, & legitimos tantum, videlicet, Ioannem Paulum, Ioannem
, Antonium, Lelium, Iulium, & Dominicum, & postumum, seù
, postumos, si masculum aliquem nasci contigerit &c. In hoc
, eodem testamento Lauinia enunciatur vxor dicti Cincii Ioannis
, Pauli; Tutores autem dictis filiis reliquit R. P. D. Paulum de

Ca-

, Capisucchis Auditorem Rotæ, ac Basilicæ Principis Aposto-
, lorum de Vrbe Canonicum, nec non Reuerendum etiam D An-
, tonium de Capisucchis Canonicum Basilicæ S. Mariæ Maioris
, de Vrbe.

Idem Antonius enunciatur inter Canonicos mortuos sub anno
, 1583. in Arch. S. M. Maioris, & in libro inscripto; Basilica li-
, beriana authore Abbate Paulo de Angelis.

Tarquinia Magdalena de Capiteferreo enũciatur vxor Lelii de
, Capisucchis in Catasto Sanctiss. Saluatoris.

Matrimonium inter Nobilem virum Lelium de Capisucchis,
, & Nobilem D. Tarquiniam de Capiteferreo de anno 1538. Ste
, phanus de Amannis publicus Notarius in Arch. Capitolino.

Quod Laura sit filia eiusdem Christophori constat ex sequenti-
, bus instrumentis. Matrimonium inter Magnificum D. Lauren-
, tium de Ghisis Nobilem Senensem ex vna; & Nobilem puel-
, lam D. Lauram filiam q. D. Christophori Capisucchi ex altera,
, Die 20. Februarii 1536. Stephanus de Amannis publicus Nota-
, rius in Arch. Capit.

Nobilis D. Laura de Capisucchis relicta q. Laurentii Ghisii vni-
, uersalem hæredem instituit Nobilem D. Claricem de Ghisiis
, eius nepotem &c. Die 5. Septembris 1578. per acta Stephani
, Macarani in Arch. Capit.

Reuerendiss. & Illustriss. Dominus D. Ioannes Antonius presbi-
, ter Cardinalis Capisuccus Tit. Sanctæ Crucis &c. hęredem suum
, vniuersalem instituit, & ore proprio nominauit in omnibus suis
, bonis mobilibus, & immobilibus &c. D. Hieronymum nepotem
, suum ex fratre &c. Ex testamento dicti Cardinalis rogato per
, Titum Liuium Titium die 16. Martii 1563. producto in supra-
, dicto instrumento concordiæ &c. in quo testamento Laura enun
, ciatur soror eiusdem Cardinalis.

8 Quod ex Dominico nati sint Hieronymus, Liuia, Victo-
, ria, Artimitia, & Fausta, constat ex testamento eiusdem Hie-
, ronymi rogato per dictum Titum Liuium Titium die 22. Iu-
, lii 1575. & producto in prædicto instrumento concordiæ; in
, quo ipse enunciatur filius Dominici sub his verbis; Nobilis D.
, Hieronymus Capisuccus, q. bo. mem. Dominici Capisucchi,
, Patritius Romanus Regionis pineæ, suum hæredem vniuersa-
, lem instituit, & nominauit Nobilem D. Ioannem Antonium
, eius filium legitimum, & naturalem &c. De Liuia, Victoria, Ar-

timi-

, timitia, & Fausta constat ex sequentibus instrumentis.

Subarratio inter Magnificum D. Bernardum Aldobrandinum
, Nobilem Florentinum ex vna, & nobilem puellam D. Liuiam
, q. Dominiei de Capisucchis ex altera, die 2. Aprilis 1571. Cur-
, tius Saccoccius publ. Not. in Arch. Capit.

Instrumentum Dotis inter Ill. D. Portiam de Sancta Cruce re-
, lictam bo. mem. D. Dominici de Capisucchis nomine D. Hie-
, ronymi eius filii pro D. Liuia eius filia ex vna, & Magnificum
, D. Bernardum Aldobrandinum ex alia die 3. Octobris 1572.
, Curtius Saccoccius publ. Not. in Arch. Capitolino.

Ill D. Portia de Sancta Cruce de Capisucchis suum hæredem
, vniuersalem instituit, & nominauit Ioannem Antonium eius-
, dem testatricis nepotem, filium q. bo. mem. Hieronymi Ca-
, pisucchi eiusdẽ testatricis filii, & D. Clitiæ Cinciæ &c. die 19.
, Septembris 1585. ex testamento eiusdem Portiæ producto in
, supradicto instrumento Concordiæ: in quo Testamento enun-
, ciantur filiæ dictæ Portiæ, Liuia, Victoria, Artimitia, & Fau-
, sta de Capisucchis.

Codicillum eiusdem Portiæ die 1. Maii 1587. in quo idem cõ-
, firmat, & tutorem, & prò tempore Curatorem dicti sui hære-
, dis relinquit Illustriss. & Reuerendiss. D. Hypolitum Cardina-
, lem Aldobrandinum, & Illustriss. D. Fabium de Sancta Cruce
, suum germanũ fratrem; & exequutores fecit Illustriss. D.D. Ber-
, nardum Aldobrandinum, Ioannem Baptistã Vbertinum, & Do-
, mitium Cecchinum.

Instrumentum dotis inter D. Portiam Matrem, & legitimam
, administratricem Nobilis puellæ D. Victoriæ Capisucchæ, &
, Magnificum D. Hieronymum Capisuccum germanum fratrem
, eiusdem D. Victoriæ ex vna, & Magnificum D. Iacobum de
, Ricciis Nobilem Romanum ex altera. Die 5. Octobris 1571.
, Curtius Saccoccius publicus Not. in Arch. Capit.

Instrumentum Dotis inter Ill. D. Portiam de Sancta Cruce reli-
, ctam q. bo. mem. Dominici de Capisucchis, & Magnificum D.
, Hieronymum de Capisucchis eius filium, matrem, & fratrem
, respectiuè Nobilis D. Artimitiæ de Capisucchis ex vna, & Ma-
, gnificum D. Ioannem Baptistam Vbertinum filium Magnifici
, Domini Nicolai Nobilem Florentinum ex altera die 15. No-
, uembris 1574. Curtius Saccoccius publicus Notarius in Archi-
, uio Capitolino.

Anno Domini 1619. in sacro Rotæ Auditorio exorta lite co-
, ram R. P. D. [illegible] super Hæreditate Ioannis Antonii Capi-
, succhii. Paulus V. in Breui Romæ dato die 3 Februarii sub eodem
, anno, concedit partibus, vt ad concordiam venire possint sub
, his verbis; Paulus Papa V. ad perpetuam rei memoriam. Ex-
, positum nobis nuper fuit infrascriptarum partium nomine,
, quod graues lites, & controuersiæ inter dilectam in Christo fi-
, liam Nobilem mulierem Olympiam Aldobrandinam, & dile-
, ctos filios Antonium, Hieronymum, & Lelium de Vbertinis
, hæredes q. Artimitiæ Capisucchæ de Vbertinis, & dilectam in
, Christo filiam Victoriam Capisuccam de Ariccia, ac dilectos
, pariter filios Franciscum, Domitium, Benedictum, & Lauren-
, tium de Cecchinis, filios, & hæredes q. Faustæ Capisucchæ de
, Cecchinis ex vna; & dilectos similiter filios Valerianum, Ma-
, rium, Camillum, Tiberium, & Ludouicum de Cinciis hære-
, des q. Clitiæ Cinciæ partibus ex altera, de, & super hæreditate
, q. Ioannis Antonii Capisucchii, &c. ideò &c. Ex breui Origi-
, nali producto in supradicto instrumento concordiæ.

Instrumentũ dotis, & Parentelæ inter Magnificam D. Portiam
; Cinciam q. bo. mem. D. Valerii Cincii Matrem, & Tutricem
, Magnificorum D.D. Ludouici, & Clitiæ eiusdem, & dicti q. D.
, Valerii filiorum, & ipsum D. Ludouicum, Nobilem Romanum
, ex vna, & Magnificum D. Hieronymum q. Dominici de Capi-
, succhis etiam nobilem Romanum ex altera. Die 22. Februarii
, 1574. Curtius Saccoccius publicus Notarius in Archiuio Capi-
, tolino.

Quod ex Hieronymo natus sit Ioannes Antonius constat ex eis-
dem instrumentis positis.

N RA.

RAMVS QVINTVS.

QVINTVS huius Familiæ Ramus talis est:

1 Angelus Capisuccus:
2 Ex Angelo Ioannes Paulus:
3 Ex Ioanne Paulo Nuccius, seù Nutius;
4 Ex Nuccio:
Iacobellus secundus.
Christophorus.
Antonius
5 Ex Iacobello secundo.
Paulus.
6 Ex Paulo Elisabetta:
Ex Antonio Cincius secundus;

PROBATIONES.

1 QVod ex Angelo natus sit Ioannes Paulus constat ex suprapositis.

2 Quod ex Ioanne Paulo natus sit Nuccius, & ex Nuccio Iacobellus probatur ex instrumento fundationis Cappellæ supracitato, in quo dicitur, quod Cappellanus dictæ Cappellæ possit nominari etiam à filiis q. Iacobelli, Nuccii, Ioannis Pauli Capisucchi.

Et etiam constat ex instrumentis sequentibus. Locatio Casalis S. Mariæ in Transtiberim extra portam S. Pancratii facta per Capitulum dictæ Ecclesiæ Nobili Viro Iacobello, Nutii, Ioannis Pauli Capisucchi de Regione Campitelli die 30. Nouembris 1390. ex instrumento publico penes Capitulum S. Mariæ Transtiberim in libro in folio.

Nobilis Vir Blasius, & Ioannes fratres germani filii, & hæredes q. Nobilis Viri Bartholomęi de Tostis de Regione pontis vendiderunt; & titulo vẽditionis dederunt, cesserunt, & concesserunt, transtulerunt, & mandauerunt, Iure proprio, & in perpetuum Nobili viro Iacobello, Nutii, Ioannis Pauli de Capisucchis de Regione Campitelli præsenti, ementi, & legitimè stipulanti pro se, & suis hæredibus, & successoribus &c. integram medietatem Castrorum Polidori, & Lombardorum, & suorum tenimentorum &c. die 24. Ianuarii 1418. ex instrumento publico rogato per Ioannem Henricum Tutium penes D.D. de Mutis.

Laudum datum à Iacobello, Nutii, Ioannis Pauli de Regione Campitelli, & Lello Pauli Stati de Regione Santi Eustachij arbitros comuiter electos inter Capitulum S. M. in Via Lata ex vna parte, & Ioanne, & Iacobo filiis q. Magnifici militis D. Masci de Marchisticis, &c. sub anno 1430. 24. Maij per Antonium Iannuzii Ciuẽ Romanum Publicum Imperiali authoritate Not. Ex Archiuio S. M. in Via Lata de Vrbe.

3 Quod ex Iacobello secundo natus sit Paulus, & ex Paulo Elisabetta constat ex instrumentis, quæ sequuntur.

Compromissum in manibus Egregii viri, Iuris vtriusque D. D. Baptistæ de Brendis inter Nobiles viros Riccardum de Sanguineis, & Paulum de Maximis ex vna, & nobilem Mulierem D. Isabettam vxorem q. Valeriani de Mutis, & filiam, & hæredem q.

Pau-

, Pauli Iacobelli de Capisucchis de Portione Casalis Polidori &c.
, Ex instrumeuto publico rogato, per Ioannem Nicolai anno
, 1462. in Archiuio Capit.

Nobilis Mulier D. Isabetta relicta q. Valeriani de Mutis, & filia
, q. Pauli, Iacobelli de Capisucchis de Regione S. Eustachii suos
, vniuersales hęredes instituit Franciscum suum legitimum fili-
, um, & naturalem, & Ioannem Franciscum filios q. Caroli de
, Mutis, & nepotes ipsius testarricis omnes anno 1469. Idem
, Ioannes Nicolai publicus Notarius in Archiuio Capit.

Elisabetta enunciatur filia q. Pauli, Iacobelli de Capisucchis, &
, vxor Valeriani de Mutis in Catasto Sanctissimi Saluatoris.

Paulus, Iacobelli, Nurii de Capisucchis enunciatur in eodem
, Catasto Sanctissimi Saluatoris.

4 Quod ex eodem Nuccio natus sit Christophorus constat
, ex Instrumento sequenti. Anastasia Vxor q. Christophori Nuc-
, cii de Capisucchis suo testamento reliquit domum in Regione
, Arenulæ pretii ducatorum quingentorum Basilicę S. Mariæ Ma-
, ioris anno 1478. Ex Arch. S. M. Maioris, & ex libro inscripto, Ba-
, silica liberiana authore Paulo de Angelis.

5 Quod ex dicto Nuccio natus sit Antonius, & ex Antonio
, Cincius constat ex instrumento, quod sequitur.

Cessio facta per D. Hieronymam filiam q. Dominici Bancarini
, & nunc vxorem Matthæi, Pauli Pontiani, nobili viro Cincio,
, Antonij, Nuccii de Capisucchis de Regione Campitelli die 23.
, Ianuarii 1478. Laurentius de Bertonibus publicus Not. in Ar-
, chiuio Sanctissimi Saluatoris.

RAMVS SEXTVS.

SEXTVS Ramus est Huiusmodi.
1 Angelus Capisuccus.
2 Ex Angelo Ioannes Paulus,
3 Ex Ioanne Paulo Paulus.
4 Ex Paulo Coluzius.
5 Ex Coluzio Andreas.

PRO-

PROBATIONES.

1 QVod ex Angelo natus ſit Ioannes Paulus iam conſtat ex dictis.

Reliqua omnia conſtant ex inſtrumento publico iam ſæpe citato fundationis Cappellæ, in quo Andreas enunciatur filius q. Coluzii, & Coluzius Pauli, & Paulus Ioannis Pauli ſub his verbis.

Nobilis mulier D. Matthìa vxor, & exequutrix teſtamenti, & vltimæ voluntatis q. Coluzii, Pauli, Ioannis Pauli Capiſucchi de Regione Campitelli; nec non mater, & exequutrix teſtamenti, ac vltimæ voluntatis q. Andreæ filii ſui, & hæredis dicti q. Coluzii prò ſe ipſa, & exequutorio nomine, nec non vice, & nomine omnium, & ſingulorum maſculorum, & fœminarum de domo, & prole ipſorum q. Coluzii natorum, & naſciturorum legitimorum &c. prò vtilitate cuiuſdam Cappellę in S. M. de Campitello ſub nomine ſancti Pauli, & eiuſdem Cappellani electi, & eligendi &c. aſſignat, dat, cædit, & concędit tres partes de quatuor principalibus partibus totius Caſalis, quod dicitur S. Cyriacus, cum redimine, reclauſtris, domibus, Iuribus, Iuriſdictionibus, antiquis, vel modernis &c. Antonius de Stefanellis de Scambiis publ. Not. anno 1390.

RAMVS SEPTIMVS.

SEPTIMVS Ramus eſt talis.

1 Angelus Capiſuccus.

2 Ex Angelo Ioannes Paulus.

3 Ex Ioanne Paulo Cola, ſeù Nicolaus.

4 Ex Cola Antonius.

Hæ generationes conſtant ex ſequenti inſtrumento.

Matrimonium inter Nobilem D. Antonium, Colæ, Ioannis Pauli de Capiſucchis; & D. Caterinam Sororem Angeli olim

, Laurentij Moroni; die 16. Mensis Ianuarii 1371. Paulus Sor-
, mandus pub. Not. in Arch. Vrbano; parte decima protocolli.

Præter huc vsque apposita antiquiora, extant autentica documenta, quę huius familiæ vetustatem ostendunt. & sunt quæ sequuntur.

In Archiuio S. Mariæ in Via Lata de Vrbe extat originale, & publicum instrumentum rogatum per Bartolomęum Philippi die 26. Februarii anni 1262. anno 1. Pontificatus Vrbani Papæ IV. continens venditionem medietatis cuiusdam Villæ, quæ dicebatur Pilum ruptum factam, à quodam Stephano Malagalliæ Monasterio S. S. Cyriaci Martyris, & Nicolai Confessoris positi in Via Lata &c. In hoc instrumento multi leguntur testes, & inter alios legitur Stephanus Petri Caposucca. Hoc instrumentum ex prædicto archiuio mihi legendum exhibuit Illustrissimus D. F. Cæsar Magalottus Eques Hierosolymitanus, & Canonicus insignis Collegiatæ S. Marię in Via Lata, cui præfatum monasterium nunc est incorporatum.

Apud Dominos de Corbaria est quoddam instrumentum tenoris sequentis. Nobilis vir Ioannes Franciscus q. Ruberti Capisucchi Romani habuit, & recepit in dote, & prò dote, & nomine dotis à nobili viro Petro Comite Montis Martis de Corbaria, & Domino Citonæ, & Chianciani dante, & soluente prò dote Dominæ Odolinæ suæ filiæ, & vxoris futuræ dicti Ioannis Francisci 80. lib. denariorum current. &c. promittens &c. prò quibus &c. Actum in Arce Castri Corbarię die 14. mensis Aprilis 1351. In aula Palatii præsentibus Angelo q. Nucci Vincioli de Perusia, & prouido viro Luca q. Marci Baldanza de Vrbe vetere testibus; Thibaldus q. Simonis Parigioli de Perusia Notarius, & iudexordinarius.

Præterea ijdem Comites de Corbaria in suo stemmate ostendent Septimiam Capisuccam vxorem Ægidii de Corbaria sub anno 1411.

In Genealogia D.D. de Matthęis sub anno 1395. legitur Paula Capisucca vxor Iacobelli Matthæii.

In Registro Canonicorum Basilicæ S. Petri de Vrbe sub anno 1480. tempore Sixti Papæ IV. legitur Franciscus Capisuccus Canonicus eiusdem Basilicæ,

De Capisuccorum familia meminerunt infrascripti Auctores.

Vincentius Blasius Garzias Valentinus in Oratione funebri de

lau-

laudibus: Alexandri Farnesij Parmæ, & Placentiæ Ducis.

Franciscus Sansouinus in Ciuitatibus Italiæ.

F. Aloysius Contarenus.

Flaminius Rubeus.

Marcus Antonius Alterius in libro de Nuptialibus.

Diarium Antonii de Petris.

Diarium Monaldeschi.

Franciscus de Petris in Historia Neapolitana.

Scipio Mazzella in Historia Neapolitana.

Paulus de Angelis in libro de Basilica liberiana.

Felix Contelorius in Genealogia familiæ de Comitibus.

Gauges de Gozze in tractatù de insignijs gentilitijs cognominibus conformibus.

Siluester Petra S. in Tesseris gentilitiis.

Philadelphus Mugnoz in Theatro genealogico familiarum Regni Siciliæ, & alij.

De Paulo Capisucco Rotæ Auditore, & Ioanne Antonio Capisucco Cardinali loquuntur, Alphonsus Ciacconius, Cabrera, Filiuccius, Petramelera, Ferdinandus Vghellus, Sanderus, Pollinus, de schismate Anglicano, Abraham Bzouius, Seuerinus Binus, Marcus Guazzus, Ioannes Boterus, Dominus de Aymeri in vitis Cardinalium gallica lingua conscriptis, & alij.

De Papirio, Cincio, Camillo, Blasio, ac Tarquinio Capisucchis, rebusque ab eis præclarè gestis loquuntur, Iacobus Augustus Thuanus; Historia Pontificalis Hispano idiomate conscripta; Ioannes Baptista Adrianus, Ioannes Tarcagnota, Ascanius Centorius, Natalis Comes, Hieronymus Bardus, Franciscus Sansouinus de bello Cyprico; Cyprianus Manentius, Iacobus Screnchius, Thomas Costus, Mambrinus Roseus, Colennuccius, Cæsar Campana in Historia vniuersali totius mundi, in Historia de bello Belgico, & in vita Philippi secundi Hispaniarum Regis; Augustinus Campana in Additionibus ad vitam Philippi secundi, Cardinalis Bentiuolus, & Famianus Strada de Bello Belgico, Carolus Coloma, Pompeius Iustinianus, Alexander Campiglia, Henricus Caterinus Dauila, Homerus Turtura, Imperialis Cinuzius de disciplina militari, Franciscus Angelonus in Historia Interamnen. Franciscus Zazzera, & alij.

IN-

Index Familiarum Nobilium, quarum in hoc opere fit mentio.

LAVS DEO.